



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber I. De rebus in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



SYNTAGMATIS IVRIS

VNIVERSI PRIOR PARS,

DE REBUS IN GENERE,

LIBER I.

De Summaria in vniuersum rerum consideratione. CAP. I.

- 1 Rei appellatio quare generalis.
- 2 Rei appellatio, & quae sunt Patrimonii continet, Corporaliaque & Incorporalia.
- 3 Rerum diuisio, in Corporales & Incorporales: & earum discrimen.
- 4 Materia & forma quid.
- 5 Corpora simplicia & composita.

GENERALIS rei appellatio ex eo nata videtur, quod rei nomen a Graeco verbo *γενος*, id est *suus*, & tractū videtur, vel ab Hebr. *רש*, id est, *miscuit*. Siquidem veluti quodā perpetuo flumine vnda vnda sequitur, & altera aliam impellit, & inuicem commiscetur: Sic ex vna prima rerum materia & substantia, perpetua quadam alteratione, res variae fiunt & nascuntur, & miscetur: generalis quippe rerum fuit creatio *Caelum & Terra*, in primo die Genesios orbis, *Genes. 1.* quae per dies sequentes distincta est a summo & omnipotente rerum omnium opifice Deo. ¶ Quamobrem rei significatio latissime sese diffundit, in ea, quae patrimonii nostri sunt, & quae extra patrimonium & possessionem habentur, & Paul. Iurisconsultus notat, *l. rei appellatio. l. 5. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16.* Ut merito praeter hanc rei appellationem tanquam generalem elegerit, in edicti *De rebus creditis* conceptione, teste *Vlpiano l. 1. §. fin. de reb. cred. lib. 12. P. tit. 1.* Nec interest corporalia sint, an incorporalia: vtraque namque continentur, *tit. de reb. corp. & incorp. lib. 2. Insti. tit. 2. Paul. l. 1. de rer. diuisi. lib. 1. P.* Siquidem & facta continentur quoque, *not. gl. in d. §. fin. l. 1. de reb. cred. & Vlpian. in l. nominis & rei. l. 6. de verb. sign. in P.* & persona ipsa apud *Modestinum*, *l. omnia 3. 2. §. si. de leg. 1. lib. 31. P. tit. 1.* causa & iura, *Vlpian. in l. rei appellatio, 23. de verb. sign. in P.* Et in summa, & omnia reliqua quae sunt, vt & *Anthonius* ait: *Imperium*, inquit, *litium, venerem, cur vna notat res: Quodq; vlla res non est, nihil est. D. August. lib. de doctrin. Christian. §. 1. semen. dist. 1.* Sic *Cicero*, in part. orat. *res bonas vel malas dici tradit, vel animi vel corporis vel externorum, cui & omnes subscribunt.* Facillioris tamen doctrinae gratia, personae a rerum communi appellatione distinguendae sunt, & negotia seu actiones, vt & ante fecit *Ca. us, in l. 1. de stat. hom. lib. 1. P. tit. 5.* & postea *Tribonianus §. si. de ier. nat. lib. 1. Insti. iur. civil. tit. 2.* ¶ Est tamen rerum potissima & prima diuisio in corporales, & incorporales: illae, quae sui natura tangi verive possunt: istae minime, *Insti. in §. 1. de reb. corp. lib. 2. Insti. tit. 2. Pau. l. 1. de rer. diuisi. lib. 1. P. tit. 8.* Vel, vt *Cicero* in *Topicis* dixit, aliae res sunt, aliae esse intelliguntur. *Plato dial. 6. de republic. & rursus in Phaedone*, genus rerum aliud visibile, aliud inuisibile & intelligibile constituit: atque corpus visibile, animam autem ex genere inuisibilem dixit. Porro res corporales distant inter se per exteriores terminos & sensibus comprehensibiles: res vero incorporales, quamuis per exteriora discrimen non admittant, intimis tamen proprietatibus discernuntur. Sic idem ab ideis, in mente: scientiae a scientiis, in anima: mens ab anima, mentes a mentibus, anima ab animis, vt ait

Plotinus lib. 4. Ennead. 6. cap. 11. In corporalibus rursus, duo perpetuo obseruare conuenit, materiam scilicet & formam, per qua ex caligine materia lucem accipit. Sicut & in intellectualibus, quod profundum incognitumque est prius, materiae instar est, quae lumine rationis e lustris ad intellectum reuocatur, formamque intellectui suscipit. Diuidit enim, & perpetuo vis intelligendi rem examinat, quousq; ad id quod simplex est, nempe ad verum peruenerit, quod videlicet resoluti ulterius non valeat, *idem Plot. lib. 4. Ennead. 2. c. 5.* ¶ Materia tamen cum apud alterius doctrinae professores, tum etiam apud Iurisconsultos est, quae vnicuique transmutationi subiici potest: vel id, ex quo aliquid fit, vel fieri potest, *Caius l. adeo. 7. §. cum in suo, de acquir. rer. dom. lib. 4. 1. P. tit. 1.* Forma, est transmutationum effectrix, res ab inuicem & a seipsis distinguens, *d. l. adeo. §. insulam. Vlpian. in l. Iulianus. 9. §. si quis rem, ad exhib. lib. 10. P. tit. 4.* ¶ Corporum tamen alia vt simplicia in iure, alia vt composita, considerantur: quemadmodum & Aristoteles, *1. de celo, c. 1. 2. & sequentib. simplicia & Physici nominant quatuor elementa, aera, aquam, terram, ignem, & quintum corpus aethera, & quae in eo.* Verum differunt in eo Iurisconsulti a Physicis & Philosophis aliis, vt elementa quatuor simplicitate illa inuisibili, qua illi ponunt, non considerent, sed quatenus cum mole & visibili forma nobis apparent, elementa inquam mixta, vt seorsum de terra, seorsum de aqua, & similiter de igne, & aere hoc pertinet. De quibus exempla oculis subiiciemus.

De Terra. Cap. 2.

- 1 Terra pura quid.
- 2 Noualis terra quae, & qua integra.
- 3 Terra pro regione, & Territorio.
- 4 de Alluionum incremento: aliaque terra inbarentia ponuntur.
- 5 de Viarum publicarum cura & curatoribus.
- 6 Quatuor viri viarum.

VLPIANUS terram puram, aliis tamen fecibus non mixtam describit, dum ait, *in l. 1. §. pen. de via publ. lib. 43. P. tit. 9.* [*nemo potest in viam terrenam glaream mittere, aut ibi sternere lapides:*] glaream medium ponens inter lapides & veram terram. Quamquam & illa aliquando terra dicatur, cum adiectione accidentali: vt *Georgici* sepe terrarum discrimina insinuant, dum dicunt *terram vel calciosam, vel arenosam, putrem, nigram, & id genus.* Alio modo locus purus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est: sed ab omnibus nominibus vacare videtur, *Vlpian. in l. 2. §. purus, de religi. & sum. fun. lib. 11. P. tit. 7.* ¶ Et tamen apud Iurisconsultos alia noualis, nuperrime quae est proficilla, & a dumetis, & sentibus repurgata, & aratro nunc primum aperta, *c. 1. §. c. quid per nouale de verb. signific. apud Gregor. plura Specul. tit. de probat. in §. fin. & vers. cur nouale, & quam diu dicatur nouale, vel quae anno praeterito cessauit, Paul. in l. sylua, 30. §. nouale de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16.* Alia integra terra, in quam dominus nondum pecus immisit paciscendi causa, *d. l. sylua, §. noualis.* ¶ In tamen summa, illud omne, quod teritur pedibus hominum & consequenter vniuersis orbis, terra dicitur: & aliquando tamen, addito vocabulo alio, pars a toto distinguitur, proque aliqua regione, regno, vel natione eius nominis exauditur, vt dicimus terram sanctam, *c. ad liberandam, de Iudeis in decretal. cap. cum in partibus, de verb. signific. Sic vniuersi-*

2
 tas agrorum intra fines cuiusque contenta, terra & territorium non in proprio dicitur a Pomponio, l. pupillus, l. 39. §. territorium, de verbor. signif. lib. 50. P. quod intra illos fines magistratus habeat terrendi, id est, submovendi ius. Cui affinia significatiōe sunt nomina, districtus, diocesis, iurisdictio, & id genus sono tenus diffimilia. ¶ Circa ¶ terre tractationem agitantur quæstiones, de alluvionum latentibus incrementis, quæ sequuntur terrarum qualitates, & dominia quibus accedunt, Gordi. Casan. l. §. final. & Arcad. Honor. & Theo. in l. 2. & Theo. & Valen. in l. 3. de alluv. lib. 7. C. tit. 41. cap. ex transmissa, juncta gl. in verbo minutim, de praescript. l. adeo §. præterea, de acquir. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. §. præterea, de rer. diuis. lib. 2. Insti. tit. 1. ex emtis, g. is limitatis militibus distributis, l. in agris, de acqu. rer. dom. lib. 4. P. tit. 1. Agitur & de seruitutibus itineris, actus, viæ, & aliis prædialibus, de quibus proprii exstant tituli, ut de itinere actusve priua. cum similib. & leges, Pomponius in l. si tam angusti, l. 3. de serui. lib. 8. P. tit. 1. Vlpian. l. 1. Causi. l. vie, 8. Paul. l. vie, 23. de seruit. rust. præd. lib. 8. P. tit. 3. cum similib. Et vicinus, via publica terra motu, vel aquarum iniuria sublata vel intercepta, teneatur per terram suam proximam iter publicum pati, Iabolen. in l. si locus, l. 4. quemad. seru. amitt. lib. 8. P. tit. 6. Percinet & huc, titulus De ripa munienda, lib. 43. P. tit. 14. titulus, Finitium regundorum, lib. 10. P. tit. 1. titulus, Si mensor falsum modum dixerit, lib. 11. P. tit. 6. ¶ Huc ¶ potest pertinere curæ pars ædificiorum curialium circa vias publicas, ut illæ aperiantur occlusæ, reficiantur, & purgentur, id est, ad liberamentum proprium reducantur, ne effodiantur vel lubricantur, ne quid in his ædificetur: non proiciantur in his stercorea, non morticina, non coria, non alia noxia, ne in viis rixari permittant, Vlp. in l. 1. §. 3. de via publi. lib. 43. P. tit. 10. Ne fiant impedimenta itineris, specus, ponive per viam publicam, Vlp. in l. 2. §. tractatus est, ne quid in loc. publ. lib. 43. P. tit. 8. Pompon. l. 1. & Paul. l. 2. de loc. & itin. pu. lib. 43. P. tit. 6. Sic Themistocles, & Areopagitarum iudicium, Heraclides de politis in Atheniensibus, viarum publicarum curam gerebant, ne quis in eis ædificaret, aut constitutos terminos excederet: quia viæ publicæ solum publicum est, neque in his ius esse, aliquid operis privato faciendi, d. l. 2. §. ait prætor, ne quid in loc. publ. Vocantq; ideo Græci vias has, basilicas vel regias, hoc est, regis, qui iuris publici tuetur viam & causam. Sicut & in sacris literis, regia via, publica etiam dicitur, Num. c. 11 Romanis, prætoris, consularis, d. l. 2. §. ait prætor. & militaris, Paul. l. 3. de locis & itin. publ. Singularis lex Alexandri Severi Cæsaris, literis consignata a Lampridio, in Alexand. Sever. ut si quis e suis militibus de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut subibus subiretetur in eius Alexandri, sicut est conspectu, aut virgis, aut condemnationi: & si hæc transiret dignitatis homo, gravissimis contumeliis afflicteretur, dicente eo, Visite in agro tuo hæc fieri: alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis. ¶ Constituti ¶ et olim quatuor viri, qui curam viarum agerent, paulo post creationem consulum, Pompo. in l. 2. §. eodem tempore, de orig. iur. lib. 1. P. tit. 2. Cura etiam reficiendarum viarum non negligebatur a Cæsariibus: nam & has mandavit Octavianus refici, partim publicis, partim suis, partim patrum quibusdam sumatibus, Dion Cassius, lib. 53. hist. Rom. Itq; Cæsar existens, viarum curator constitutus, prætoris viros etiam viis reficiendis, qui binis licitoribus vterentur, designavit, idem l. 54. Itinera namque publica maxime commercii hominum conservandis necessaria sunt: ut impium etiam visum fuerit, non tantum ea impedivisse, sed etiam errantibus ab iis, viam non demonstrasse. Cuius rei in collectione antiquorum comicorum, c. 5. in Diphibi sententia, Diphibi ponuntur comici testimonia,
 Ἀγορῆς ἐκ τῆς ἀγῶν
 Ὅν δὲ αἰ: ἐπὶ τῆς πύλῃς ἐστὶν ἡ ἀγορὴ ἰσθμῶν
 Ἡ ἀγορὴ ἐστὶν ἡ δὴ ἀγορὴ ἰσθμῶν, id est,
 Ἔστιν ἐν ἐξορῆσι τῶν ἰσθμῶν
 Ἡ δὲ ἀγορὴ, ἢ quis non recte monstraverit viam,
 Ἄντι ἰγνὴν succenderit, aut aquam corruperit.

De Aqua. Cap. 3.

- 1 Aqua fluens & pluvia.
- 2 Aqua stagnans, aqua Viva, Flumen, & fluminum partitio, Torrentis, Rivus, Ripa, Littus.
- 3 Aqua nostra, aliena, ex qua seruitutes, ductus haustusq; ad aquam pecoris appu. sus.
- 4 Aqua quotidiana, aestiva. Mare excipiens omnes aquas.
- 5 in Mari iurisdictio, quia ibi distinctio terminorum, & necessitas cura vicinorum.

6 de Nautibus, Nautis, & legibus nauticis.
 7 Maris iurisdictio.
 8 De Amyrarchi, quem dicunt Admiratum, iurisdictio.
 A Qua apud Iurificos consultos ¶ per accidentia distinctionem accipit pari modo, vt terra: nam vel considerant tanquam profluentem, cuius vsus cõmunis sit, siue profluat a celo, siue peipetuo flumine labatur, aut aliter, §. Quisidam, de ver. diuis. lib. 2. Insti. tit. 2. & ibi Accurf. vt l. fluminum, 24. de dam. inf. lib. 39. P. tit. 2. Quæ de celo cadit, pluvia dicitur, quæve imbre excrefcit, siue sola fluat, siue cum alia miscetur. Sicq; explicat Vlpianus edictum prætoris, l. 1. de aqua plu. arc. lib. 39. P. tit. 3. de aqua pluia arc. Qux ¶ fl. 2. liquo loco excipitur & concludatur, vt Cisterna, vel aliter, dicitur aqua stagnans, qualis in stagno, in lacu, fossa, & piscina, quid ea sint, explic. Vlp. l. 1. vt in flu. publ. naut. lib. 43. P. tit. 13. in quo differt & veluti opponitur aqua viæ, quæ non e celo cadit, sed ex terra nascitur, qualis in fonte, in l. 1. §. 1. de fonte, lib. 43. tit. 21. P. vel etiam in puteo, qui ex suis cuniculis aquas accipit, quæ & viæ e ratione dici possunt, sicut & nominavit Vlp. is qui in puteum, l. 11. quod vs aut clam, lib. 43. P. tit. 23. quando portionem agri dant aquam viam. Quædo aut vel ab imbribus collecta aqua vel a fonte, fatuens, perpetuum agit fluxum, flumen facit: quod tamen a riuo differre creditur, aut magnitudine, aut existimatione circumcolentium. Atq; rursus, fluminum quædam perennia, in quorū alioe aqua nunquam deficit. Alia Torrentia, quæ tantū hyeme fluunt, a state exsiccantur solibus, l. 1. de flu. lib. 43. P. tit. 11. Rivum Vlp. dicit, l. 1. §. ait ergo prætor, de rivis, lib. 43. P. tit. 20. locum per longitudinem depressum. Ea omnia, vel publica, vel privata sunt. Et vicina alioe loca, vel Ripa, vel Littus nominantur, d. l. 1. §. ripa, de flu. & Insti. §. littus, de ver. diuis. lib. 2. Insti. Modest. Littus 112. de ver. sig. li. 50. P. tit. 16. quatenus fluunt hyberni fluctus naturalem viam lecuti, d. l. 1. §. ripa, de fluminib. Et apertius, ripa, ea quæ plenissimū flumen continent, l. pen. de flu. in P. ¶ Dicimus Littus ¶ Aquam nostram esse, quæ in nostro agro nascitur: vt alienam, quæ ex alieno deriuatur, Alex. Imp. in l. aqua, 4. & Claudius Cæsar, in l. præses prouincie, de serui. lib. 3. Cui. 34. addendus ¶ Vlp. in l. Proculus, 26. de dam. inf. lib. 39. P. tit. 2. In aliena aqua seruitutes constituuntur, ductus aquæ, d. l. 1. §. 1. de font. in P. l. 1. de rivis. Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, d. l. de rivis, de omnibus in l. 1. de serui. rust. præd. lib. 8. P. tit. 3. ¶ Insti. in §. inter rusticorum, eo tit. Insti. iur. civil. Atq; ad ductionem aquæ pertinet stillicidium immittendi causa, quæ & seruitutem facit, l. seruitutes, 19. §. si sublatum, cum sequan. §. de serui. vrb. præd. lib. 8. P. tit. 2. ¶ De ¶ hinc & edictum de Aqua quotidiana & aestiva: quotidianam autem aquam vocamus, quæ quotidie, astate, & hyeme duci potest: æstivam porro illam quæ astate tantum, l. 1. de aqua quoti. & Insti. lib. 43. P. tit. 19. idq; arte. Ceterū natura fit alia ductio omnium fluminum, riuorum, & fontium, siue per apertos cursus, vel aditios cuniculos, in mare, qd est centrum aquarum omnium, ex quo oriuntur, & in quod reuertuntur, Eccles. c. 1. & Eccles. c. 49. & Leni. c. 8. Arist. Mete. lib. 1. c. 1. ex omni terra latissima circumferentia, & cauernoso, spongioso vtero. Vocat quippe Deus in mundi generis terram aridam: congregationes aut aquarū maria, Gen. 1. Quæ quidem magis sæculentam aquam continent, vt pote mari particeps humoris, aeris & terræ, vt Aristoteles docet, lib. de mundo. in prin. Quo fit corpulentus, & aqua potui incommoda, ob multam portionem terræ & paucum humorem, quibus ibi vt plurimum testacea generantur & coalescunt. Arist. lib. 3. de gen. anim. c. 11. ¶ problem. scilicet 23. q. 7. ¶ Et hoc ipsum mare etiā considerant Iurificosultū, tum late diffusum, tum etiam littora eius. Si quidem & diuisum mare per varia imperia: atq; iurisdictio in pelago, non omnibus, sed certis competit. Sunt enim & mari certi fines natura per Deum constituti, & tamen terminus vnus generalis: quod indicatur in sacris prouerbiis, Prover. 8. c. Quando inquit sapientia eterna, circumdabat Dominus mari terminum suum, aderam: & quando legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Est aut terminus generalis in Oceano mari, quod quidem velociter orbem omnem ambiens, in finitum, sicut ait Pomponius Mela, in prin. l. 3. Pompo. Mela, de situ orbis, efficit pelagus, vt terra omnis ideo insula dicitur ab Strabone, circa pri. lib. 1. Geog. Et Pletinus lib. de prouid. aqua videri totam terram cõbruitam, nisi intra suos fines a summo epifice contineretur, animaduertit. De quorū diuisione late Macrobius, lib. 2. in som. Scipi. & Aristor. c. 9. lib. de mundo. Ex his mediterranean mare caput attollit, per varios sinus in fluente Oceano secundum Solinum, c. 22. Inter Abylam enim & Calpena irrumpens, Aficam ab Europa diuidit. Et in summa, ne geographum agamus, vtrumq; mare Oceanum, & Mediterraneum,
 a regio.

a regionibus quas alluit, diuersa assumit nomina. Veluti appellamus Oceanum Atlanticum, Britannicum, Germanicum, Sardinium, Gallicum, Adriaticum, Siculum, Creticum, Aegyptium, Pamphilium, Syriacum, Aegaeum, Mireum: & ad ortum Iolis Oceanum pariter Indicum, Persicum, &c. Et Mediterraneum, Ibericum, Lusitanum, Tyrrhenum, &c. Ex quibus, de *Iurisdi. in mari*, & quando, & quis possit inibi tributa imponere, vide *disputatum apud Cepollam, lib. 2. de seruit. rustic. praed. cap. 26. a. num. 4. vsque ad 29.* quia constat tribui nomina mari a locis vicinis, procul dubio constat, & curam horum sinuum, ad illas regiones pertinere debere, vt tute pyratibus, barbarorum hostiumque incursionibus sint, & nauigationes mercium extra aleam praedae ad incolas littorum, & ciuitates vicinas perueniant. Et quia nauigandi vsus frequens fuit, simul & nauigi iura introduci oportuit, quae nec conitui deberent, vel potuerunt facilius, quam ab iis, qui in proximis mari locis imperant: ideo notant Ioannes Andreas, *gloss. in c. ubi periculum, circa primam explanationem, in sine*, & post eum Dominicus, *in d. c. ad §. porro, de elect. lib. 1. sextit. 6.* Bald. *in l. pen. de institut. sub cond. fact. C. Bald. in c. accedens, in sine, vt lit. non contestat. Decius, in c. licet causam, in 2. colum. de probat. quod licet mare no sit in aliquius territorio vel dominio, eo quod iure gentium diuisum non sit, sed omnibus pateat, Celsus in l. litora. 3. ne quid in loco pub. lib. 4. 3. tit. 8.* tamen maris partes, eius ciuitatis censentur, quae proxima est, *Vipian. l. venditor. 14. commun. praed. lib. 8. P. tit. 4.* Sic & Caius, *l. in iure, 9. de probat. lib. 5. P. tit. 1.* Intule, inquit, Italiae, pars Italiae sunt: sicut & cuiusque provinciae. Quare pr. be Antonius imperator respondit Eudemoni. *l. aegionis, a. has deprecatio. 9. ad l. Rhod. de iur. lib. 14. P. tit. 2.* Nicomediensi, qui oia fragmina fecerat, & direptione vexatus fuerat in mari Italico, *l. 2. p. v. & no quis videtur: d. de vius, s. de da. d. a. s. &c. Ego quidem totum mundi dominus, lex autem, maris: secundum iaque legem.* Rhodiam iudicare nautica, dummodo in iis legibus nostris nihil aduerseur. Fuerunt quippe leges antiquae de nauigatione a Rhodis, qui maxime freta saecabant, *late, cap. Rhodia. 2. dist. in decret. Gratia. postea & illis approbatis, aliae de naufragio a Romanorum nomothetis promulgatae, Vipian. in l. quo naufragium, 3. de incend. rui. & naufrag. lib. 4. P. tit. 9. Dioclet. & Maxim. CC. in fin. de iur. lib. 6. C. tit. 2.* §. Existat & propterea in posterioribus libris Codicis Iustiniani tituli, de nauicular. lib. 11. C. tit. 1. De nauis lib. 11. C. tit. 2. Tyberinis, de naufragiis, lib. 11. C. tit. 5. Refert & Strabo, lib. 10. Geog. primum mari imperasse Minorem. Quod Diodorus Siculus, lib. 6. Neptuno tribuit, & quia primus classem mari induxit, ob id maris imperatorem dictum. Quamquam alii aliter sentiant, vt refert P. Iydorus Virgilius, *lib. 3. de Inuent. rer. cap. 15.* qui inuentiones nauum, & raris adiudicauit quibusdam Noacho iunioribus, cum tamen conitet Noachum, & nauem quam dicitur arcam, tempore cataclysmi fabricasse, *Genes. 6. Berof. in 2. Ioseph in 1. anag. Iudaic.* Etsi non diffiret saeculis sequentibus Noachum, aliquos alibi vltim demonstrasse, & imperandi per vim sibi septem maris agulis, non alter quam contigit etiam in terra, simulque leges aquas finitimas, & in ius dictasse, sicut & regnicolis aliis. §. Quintino, ¶ in maritimis portissimum ciuitatibus & regionibus, opus fuit maximo salutis fundatore, & diuinis legum latoribus, vt monet Plato, *dial. 4. de ll. ne multos ac varios mores, simulque prauos huiusmodi regionis natura contraheret.* Nam cum eiusmodi loca, captonando mercibus & pecuniis repleantur, sunt incolarum & accolarum dolosi animi, instabiles, & infideli mores: leges inhumanitas & feritas, quae vel propriam indit nauis naturam. Si quidem illi propter sanguinem crassum, non secus ac auriga, & baluli euadunt feroces, plerumque improbi, sine sumulis conscientia, sine metu, nulla ducti religione, humanitate, vel pietate, quia iis sanguis terro, ac insuani hultu, cerebrum implet. Et sicut a ra densaque nubes sol effusa, radios eius interceptat, ac lumen offuscet: sic humor, qui in illis dominatur, mentem obnubilat, atque ad noxia quaeque impellit, prout etiam animaduertit Leninus Lempius, *lib. 5. de oculi. rer. mirac. 16.* Idcirco & seuerius & accuratius legum aculei, in his regionibus erant exstendi. §. Proinde ¶ Iuriconsulto futuro & leges horum cognoscenda sunt, quae de aquis late sunt, quarum aliqua summo digito indicabimus, dummodo non uenerimus in Gallia praefectum maris constitutum, quem corrupta voce dicunt *Admiralum*, cum dici debeat Almyrarchos, *Ioachimus Peronius, lib. de ling. Galli. cum Graeca cognatione*, ac si dicas, saluignis vel maris principem, cuius iurisdictioni & imperio, post principem, omnes, qui maritimas incolunt oras circa Gallias, obtine-

perant, dum de eius causa agitur, vt apparet ex constitutione regia Francisci primi, *Ordonn. du Roy Francois sur le fait de la marine, art. 30.* Cura autem eius verlatur circa res bellicas, & apparatus omnes nauales, estque tanquam imperator in exercitu, & apparatus nautico: ideo ei ius decimae omnium quae capiuntur ex hostibus tempore belli, *ead. constitut. art. 23.* Sicuti & ius salariorum pro comiteaturo tuto & comiteaturo militari, quem tenetur praestare tempore belli mercatoribus regni vel aliis foederatis, *eadem constitut. art. 28.* Exigendi etiam ei potestas iura excubiatarum, id est, de quiete, ab accolis maris tempore pacis, sicut & tempore belli cogere potest ad vigilias & excubias, vt ex speculis signum dent incolae: interdium fumo, noctu igne, *ead. constitut. artic. 31.* Constituit & milites stationarios pro custodia piscatorum, ne inuadantur ab hostibus, *ead. art. 10.*

De legibus aquarum. Cap. 4.

1. Aquarum publicarum utilitas non immutanda, pons, nauigatio libera, & piscatio.
2. Aquarum abusus multatus per curatores aquarum.
3. Piscari non licet in mari cum lumine. Phari.
4. Seruitus aquae excipiende, non voluptatis remissio.
5. de Molendinorum fluminiarum constructione.
6. de Molendinis bannariis.

Inter leges ¶ aquis dictas illa est singularis, non licere manu facto opere cursum fluminis immutare, *Vipianus in l. ne quid in flumin. pub. lib. 43. P. tit. 12.* etsi liceat ita in ripa opus facere, ne flumen agris nostris neceat, *Vipianus l. de ripa munien. lib. 4. 3. P. tit. 14. l. 1. C. de alluion.* Non autem quicquam immittere, vel in flumine facere, vel eius ripa, quo statio nauium itere nauigi deterius fiat, *Vipian. l. de flumin. lib. 43. P. tit. 11.* Neque Pontem priuati iuris, quisquam supra flumen publicum facere potest, *Scaevola, l. si eod. de flum.* At quilibet sine prohibitione priuata, in flumine Nauigare potest, in eiusque ripa libere ratem nauemque onerare, & exonerare, *Piscari, sicut & in mari, Vipian. l. 1. vt in flum. publ. nauig. lib. 43. P. tit. 13.* §. 1. 2. §. si quis in mari, ne quid in loco, publ. lib. 43. P. tit. 8. Celsus, in l. litora. 3. eod. Vipian. in l. iururiam aelio, 1. 3. §. final. de iur. lib. 47. P. tit. 10. Mar. in l. 2. §. 4. & Caius l. riparum, l. 5. de rer. diuis. lib. 1. P. tit. 8. Iustin. in §. flumin. & seq. §. eod. tit. in Instit. iur. ciuil. tit. 1. lib. 2. quia horum omnium vsus communis, non secus quam aeris, sicuti Iustinianus tradit, §. 1. §. & quidem, 8. de rerum diuis. apud Iustin. Mar. in l. 2. §. 4. Florent. l. 3. eod. tit. in P. & ita apud Ouidium 6. *Metamorphos. Latona alloquebatur pueros Lycios rusticos,*

Quid prohibebis aquas? vsus communis aquarum est:

Nec solem proprium natura, nec aera fecit,

Nec tenuis undas.

Sic & Augustus *Execrabilis*, inquit, videtur domos huius alme vrbis aquam habere venalem, *l. ad reparatorem. 7. de aqua. d. lib. 11. C.* vbi felicit est copia & publica: nam priuatam licet, potissimum in locis vbi est penuria, vt in *l. mela. §. quaedam. de aliment. leg. in P.* Apud tamen Platonem *dialog. 7. de legib. in fin. haec lex est, Piscator nec in portibus, nec sacris fluminibus, stagnisue venietur: in aliis liceat, dummodo succorum non utatur permixtione.* Quod de lacu, & piscina iuris & domini priuati negatur, vetante domino, *d. iururiam, §. fin. de iniuriis, dist. l. 1. §. si priuata, vt in flumin. public. nauig. lib. 43. P. tit. 12.* quauis in legibus Longobardorum, *lib. 1. legum Longobar. tit. de homic. liberorum hominum, & de monomachis. litem animalis est, §. tit. de damn. in viam dato, l. si animal in puteo.* aqua puteorum priuatorum esse communis omnium utilitatis dicatur, ex statuto Regis Rotarii. Verum & ii refectlonibus contribuant secundum Speculatorem, *tit. de Iud. §. sequent.*

¶ Ceterum, ¶ sicuti vsus communis publicarum aquarum liber fuit: sic & abusus legibus coercitus. Et apud Graecos Themistocles, *Plutarchus in vita Themistoc.* apud Romanos M. Porcius Cato, & Laelius Valerius censores, *Linus lib. 9. decad. 4.* omnem aquam publicam seu fontium, aquae ductuum, seu fluminum publicorum, in priuatam aedificium aut agrum fluentem ademerant, & quae in loca publica aedificata amolitate habebant, intra dies triginta demoliti sunt: Themistocles namque fluminum cognitioni & curationi Athenis praefectus, huiusmodi quasi seuerissime deliquissent, multam inflixit seuerissimam, teste Plutarcho, *in eius vita.* Et iura etiam priuati deductionem illam aquarum ex publico, citra priuilegi concessionem, prohibent, *l. 2. 3. 4. 6. 9. de aqua du. lib. 11. C. tit. 4. 2.* semper enim priuatorum

4 commodam publico postponendum est, & ei quod pluribus prodesse potest, l. 3. de primipil. lib. 12. C. tit. 63. l. vni. §. pen. de cada. toll. l. 6. pro. tit. 50. Paul. l. actio. §. 6. §. Labeo. pro socio. lib. 17. P. tit. 2. Meminit & Gellius, lib. 8. no. cap. 20. Nolanos ita hoc ius conferuasse, vt neque Virgilio permisissent aquam ducere in propinquum rus: eoque iratum Virgilium, ex suis versibus Nolanos expunxisse, vbi antea cecinerat,

*Diuus erat Capua & Vicina Veseno
Nolanus.*

3 Idcirco ¶ verum est piscatoribus, ne noctu cum lumine piscentur: ne offenso lumine fallant nauigantes, quasi portum altique appulsiuos, eoque modo in periculum naues, & eos qui in eis sunt, deducant, sibi que execrandam praedam dent, *Vlpia in l. ne piscatores. 10. de incend. rus. & nauis. lib. 47. P. tit. 9.* Proprium enim est portibus, lumen in editis locis constitui, ad quod enauigent intempesta nocte errantes in pelago nauae. Quam obrem & peculae, vnde lumen dependet, *Pharus* dicuntur, *sed rō q̄m*, quod lucidum significat mutata litera N, in R, & proinde illa altissima turris in Canopico Iostio Nili sita, *Pharus* vel *Pharo* dicta, quia,

Lumina noctuage tollit Pharus amula Luna.

quo lumine deficiente, indicium itineris cum periculo naufragii amittitur, non aliter quam *Museus* scribit *Leandro* contigisse, dum ab *Abydo* ad *Sestum* enaretur visendi *Eri* gratia, qui existens lucerna loci, ad quam pergebat, errans misere fluctibus maris inuolutus, submersus est *Pariter* & referunt *Nauplium* patrem *Palamedis*, vt iniustam filii necem vlciferetur, obscura nocte redeuntibus *Graecis*, ex *Capharæo* promontorio lucem ostendisse, ex qua illi portum proximum arbitrati impegerunt in scopulos naufragi. Sunt & aliae nauatarum obseruationes, quas *Deo* fauente in explicanda exercitoria actione, post contractus nominatos trademus. ¶ Ceterum ¶ interim & aliae leges de aquis subeunt, inter priuatos controuersias dirimentes: vt si quid de pluuiali agatur, ea que nocet vicino ex proximo fundo demissa, toties competat remedium, de aqua pluuiali arcenda, quoties manufacto opere in agro, vicino agro nocitura est, si quis manu fecerit, quo aliter fluere, quam soleret natura: vel si inmittendo maiorem eam fecerit, aut citiorem, aut vehementiorem, aut si eam comprimendo redundare fecerit, *Vlp. in l. §. hac autem actio. §. 2. idem annuit. §. §. si vicini. §. denig. de aqua plu. arc. aliter autem, si natura agri ne ceat, remedium vltimum auertendi non conceditur, d. l. §. fin. §. l. 2. de aqua plu. quamquam nocet inferioribus praedii, naturali hoc onere cum pinguedine, que ex superioribus defluit, compensato: vt vetustas seruitutem huiusmodi constituisse videatur, non secus quā consuetudo praescripta, aut vsus, qui quatenus memoria extenditur, non habuit controuersiam, & sine contradictione constituisse seruitutem aquae immittendae, l. hoc iure, §. ductus aqua, de aqua quotidi. *Clandius* *Cas. l. praes. provinciae. 6. Diocle. & Max. in l. si manifesta. 7. C. de seruic. & aqua lib. 3. C. tit. 34. Steno in l. final. de aqua plu. arc. dicitur. Patientia quippe domini agri excipientis aquam cum non ante dissenferit, videtur ius superioris concessisse, *Pompo. in l. Labeo ait. 19. cum 2. l. §. q. de aqua plu. arc. in P. Vlpia. l. si quis diuturno. 10. si seru. vbi dicit. lib. 8. P. tit. 5. vt in rel. quis praedialibus seruitutibus. Neque quisquam magis alienare ius habere potest, nisi volente domino, potissimum ius seruitutis, quod praedio inhæret seruituti, & illius libertatem minuit, sicuti praedii dominantis anget commodum, vt ait *Bar. in rub. de seru. in P. vt ex terra seruitutis finitione patet. Siquidem sine commodi fine, constitui non potest, cum reiciantur ob voluptatem solam constituendae seruitutes. Paul. l. et pomum. 8. de seru. lib. 8. P. tit. 1. Neque ex alieno praedio inuito domino quis ducere aquam potest, *Alex. in l. aquam. 4. de seru. lib. 3. C. nisi ius habeat seruitutis. Quod quidem ius, aqua aliena vnde ducitur inter orientem vel exarscente, inter moritur: & renascente, reuincit, *Papin. in l. vnus ex sociis. 34. §. fin. cum l. §. de seru. rust. lib. 8. P. tit. 3. Nam et si seruitus ad certum tempus vel ex tempore constituitur: illud non ad temporis causam, sed ad modum vtendi seruitute pertinet: vt etiam vsus scerni possit certis temporibus, & intervalis dierum & horarum. *Papin. l. 4. de seru. tit. generalis in P. cum suis §. Cuius l. 5. eod. ¶ Sed ¶ ad aquae materiam pertinet pecuniosa illa de molendinis aquaticis tractatio: illa, vel in fluminibus publicis vel priuatis construuntur, non sine magno demi-*******

noram compendio. Porro in flumine publico nauigabili, cuiuslibet est ius constituendi opus, vt dictum est, neque per consequens molendinum: sed ei tantum qui permittam esse a publico, ex principis concessione, a quo publicae rei & fluminis vsus impetratur, *Vlpian. l. 1. §. permittitur. de aqua quotidi. §. offi. lib. 43. P. tit. 19. Pompon. in l. 1. de fluminib. l. 43. P. tit. 11. Neque enim posset concedere senatus hodie, gloss. in d. l. §. permittitur, in verbo, nulli, quamuis vetare possit, si fiat, d. l. 2. de flumin. Siquidem transacta potestate in principe, non est ius, in publicas res, quae principis censentur, liberum senatui: & si in iudicando, atque si illi concessa fuerit haec notio, ratum sit eius minus, quam principis iudicium, *Non ambigitur. de legib. lib. 1. P. l. 1. C. de Senatus cons. lib. 1. Et inter Regalia, flumina publica enumerantur, §. 1. qua sunt regalia in vsu. feud. Quod si flumen nauigabile non sit permitti molendini constructionem satis constat, d. l. 2. de flumin. P. vel non impetrata licentia a principe. Quae n. communia omnium sunt, vel nullius, occupanti conceduntur, *Casus in l. 3. de acq. rer. do. lib. 41. P. tit. 1. huiusmodi est aut aqua pluuens, *Mart. in l. 2. de rer. diuis. lib. 1. P. tit. 8. ¶ Et excepto, ¶ vt si alicui alii sit questus ius, vel auctoritate principali, vel pacto municipii, vel consuetudine habedi, vt dicunt molendini *Bannerium*, l. publicum & commune habitatoribus, tunc alii non liceat edificare in eo territorio, in praedicti iuris questu: sicut nec ius hoc habendi, per se competit sine praescriptione longinqua, cui accessit prohibitio alia non molendi, ea que minime controuersa. Quomodo modum nec sine titulo, alius est ius prohibendi *gl. & D. in l. qui luminib. de seru. vrb. pra. in P. gl. & D. in l. 1. §. 2. C. de ser. et domino, patrono, vel clientelari, vt vocant, iustituario, vel directo, potest et iudicatum in Senatu *Burdigalensi an. 1522. P. l. 13. rap. d. arto. tit. 8. art. 3. Quibus nationum quaedam consuetudines ius habedi molendinum salum beneficiario iustituario deferant, vt apud *Turonenses, Turcos des droits de basse iustice ar. 4. P. c. auenens. si de la distinction de iurisdictionis ar. 25. Britannos, tit. des molins, art. 362. 360. & alios, Anion. tit. des Seigneurs temporel. art. 14. costume de Maine tit. des bas iusticiers. art. 4. Quam obrem priuilegiis exceptis, si concessa facultate quis prius molendinum edificauerit, alius velit postea superius aliud edificare, si patitur inferius, nulla erit controuersia: si minus, in praedictum tertii concessio a principe facta vel alio non intelligatur. In priuato cuiuslibet ius edificandi in suo, etsi nocet vicino: nisi, vt dixi, praescriptio vel lex agrorum & locorum officiat, concessa facultati, vt plane explicat *Bar. in l. quo minus de fluminib. in P. apud quae molendinorum existat accurata explicatio. Sed his addere plura licet de aquis & aquae ductu, ¶ quae tradimus lib. 3. c. 22. & lib. 4. c. 15. quae videto, & de aquae haustu c. 16.********

De Aere. Cap. 5.

- 1 Aere consideratio, & ad salubritatem, & ad seruitutes pertinet.
- 2 Aere vsus quo ad corporis humani necessitatem.
- 3 Aere pestilentia & infectio quomodo aueritur.
- 4 de Seruitute luminum.

V Enit & in controuersiam Iurisconsulti de ¶ aere quaestio, vel propter salubrem victum, vel propter iura seruitutis. Siquidem ad priorē causam pertinet interdicitu praetorium restitutoriu & phibitoriu, de cloacis purgandis & reficiendis, *Vlp. in l. 1. de cloac. l. 43. P. tit. 2. §. in l. de pupillo. 5. §. si quis riuos. de ope. no. num. l. 2. §. idem ait si odore, ne quid in loc. pu. in P. l. 43. tit. 8. ne immundicie non fluentes vel ruinas proximis manentur edificis, vel ne forditu terra exhalatio pestilens reddat caelum. Quod exemplū a politicis magistratibus ad alia similia, quae aere infectum, trahi potest, vt curent si velint salubre ciuitate conseruare. Siquidem aer est, cum corporu, tum spirituu nostrorum elementu adueniens, vt euentans flabellu spiritus vel fouens vel corrumpens, qui euitari nequit, quadiu viuimus, cum continue adhæreat, nec alteratione eius in inspiratione & respiratione effugiamus, vt ait *Galenus 3. Therap. c. 5. §. 3. lib. de stadiis sanit. c. 8. Hippo. de aere & aquis. ¶ Opus ¶ quippe habemus externi aeris ingressu, cordis refrigerandi gratia: nam animalia quae cor habeat, quod infiri caloris fons est, egent illa refrigeratione, idcirco coque *pulmores* dati, vt folles. Neque etiam absque respiratione diutius loqui possumus: Cum n. spiritus qui in peccatore est, consumitur, egemus alterius attractione ad vocem alendam, nisi piscibus, qui for nec pulmones habent, & ideo muti sub aquis, similes esse nos, quis dixerit. Spiritus autem ille, aer, si quae malus magis efficitur quam prauis succi cibi, vel in fauces potus, *consiliator* *114. differentia. imo & pluribus quae ea modis, nocere potest. Tribus enim modis afficere potest corpus, per qualitates inquam acritas, frigidi, calidi, humidu, vel feci: de hinc subititate & densitate respirationis: tertio, per lucem & tenebras, *Arnaldus Villanouanus,****

lanonanus, in primo tractatu medicine distinctionis tertia, partis prima, c. 4. de significatione rerum non naturalium. Sunt plures porosi in corpore meatus, sunt sensuallium instrumentorum canales, quibus admittit etiam dormientibus aer circumfusus, qui secum qualitates & impuritatem iniebit. Ideo immundus suffocans est & putris, humores putrefacit corporis, cor inficit, morbos pestilentes creat, iuncturas laxat, sitim auget, spiritus delicit, colorem alterat, desipientiam facit, fruges corrumpit, ardorem in peccore efficit, linguæ siccitatem inducit, vomitum prouocat, & similia.

¶ Quæ corriguntur tantum, si putredini occurratur præcautione adhibita in submouendis his, quæ aerem talem reddunt: veluti, si prohibeatur in vicinis aquis ciuitatum linum macerare, vel canabim, ne morticina insepulta accedat, ne quisquiliæ olerum, leguminumque; putredo, vel simus intra ædes in ciuitate habeatur: neue porci, anates, & cetera animalia fordida, intra vrbs mœnia alantur, si cloacarum colluuiis non subsideat. Atque hoc commune vel malum, vel bonum, omnibus erit: nam & aer communis omnibus est, vt dixit etiam Martialis Iuriconsul. l. 2. de rer. diuis. lib. 1.

¶ Quamquam interdam præ occupatione, libertas vicino admi possit eius, vnde constitutæ sunt feruitutes quædam vel confessionæ, vel negatoræ luminum, vt officiantur luminibus vicini, vel vt libera sint nobis, Vlpian. in l. 2. et in l. qui luminibus. 10. et Paul. in l. 3. de feruit. et ban. præd. lib. 3. P. tit. 2. quod & in feruitute prospectus obseruari potest, qui dicitur a feruitute luminum, Vlpian. in l. inter feruitus. 12. Paul. in lumen. 19. de feruit. vbi præd. Accedit alia feruitus quæ ex aere commoto constituitur, nempe a vento, qui si credamus Hippocrati, lib. 7. de aëre, sive de spiritalibus flatibus. nihil aliud est, quam aeris fluens vnda: siquidem vicinus cum iuxta viciniam ædes haberet, prohibet ne is tollere altius ædes possit, si ob id aërea sua expurgandorum granorum causa exstructa, inutilis reddatur perhibito ventorum flatu. In fin. in l. fin. de feruit. et aqua. lib. 3. C. tit. 35. Quod intelligendum est, si feruitus altius non tollendi, & flatibus non efficiendi imposita sit, secundum lo. et Azonem gloss. in d. l. si. fin. alioquin autem cœlum, sive aer, qui supra solium nostrum est, liber erit, Paul. in l. fin. de feruit. lib. 8. P. tit. 1. Venerit in l. fin. de penult. quod vi aut clam. lib. 14. P. tit. 2. et Pompo. in l. pen. §. pen. eod. et ædificare quis in suo, etiam cum vicini præiudicio, si ad æmulationem non faciat, sine legitima prohibitione poterit, Vlpian. in l. Proculus. 26. de damn. in fact. lib. 39. P. tit. 2. et in l. summum. 24. §. fin. eod. sicuti nec cum eo, qui obseruat vicini ædes, extollendo, si non feruitus, actio non competit, Vlpian. l. cum eo. §. de feruit. vbi præd. lib. 8. P. tit. 2. Celsus communem usum aeris esse omnibus hominibus & maris putat, l. 3. ne quid in loc. public. lib. 43. P. tit. 8.

De Igne. Cap. 6.

- 1 Ignis nocens, & innocens.
- 2 de Incendio.
- 3 Ignis de cœlo.
- 4 Triumui incendiorum.
- 5 Ignis & aqua in incendio.
- 6 Ignis & aqua mysteria in nuptiis.
- 7 L. Satiqna de incendiis.

¶ De igne etiam agitur in iuris tractatione, illumque vel innocentem vel nocentem esse dicunt: innocens, qui per se nocere non potest, nisi casu fortuito nocet: nocens contra, qui potest facile nocere, vel sui magnitudine, vel tamen loci vbi sit, vel ob ea quæ ante eum tractantur & aguntur, veluti si sulfura sint, vel facile flammam concipiunt. Et eo modo leges locationis ædium, si incendio tollantur, recipiunt interpretationem, ad damnum æstimatione censendum. Si quidem si ea lege quis conducat, vt possit in iis haberi ignis innocens, incendii periculum ad dominum pertinet, si culpa coaductoris ignis non noceret: si autem dictum sit non licere nec nocentem, nec innocentem ibi ignem habere, quomodocunque ex igne habito oriatur damnum, qui conduxit tenetur, Iulian. in l. si quis fundum 10. §. 1. loca. lib. 19. P. tit. 2. unctio, Vlpian. in l. vnde deamus. 2. §. si hoc, eod. Sunt namque loca peritaque, in qua vel ignem vel lumen qualecunque in ferre periculosum est. Et sunt alii, qui nunquam igne, vel raro apud se videntur, vt dicunt Zenonem vicini sine igne usum, tenuique palli, vt notat Suidas, in verbo ἀνεγ. ¶ Huc pertinet de incendio questio, de qua fufe per multa capita in titulo de incendio, ruina, & naufragio in Pandectis, lib. 47. tit. 9. vbi suspicimus, num fortuitum fuerit, an culpa adsit, an vero adhibito consilio paratum. In primo quippe casu, nulla restituitio, Mart. in l. si fortuito. 11. de incendio. rui. et nau. lib. 47. P. tit. 9. l. que fortuitis, de pig. actio.

In rebus. loca. in P. in secundo, castigatio, & damni restitutio fit ab eo, qui in culpa vel negligentia est, Callist. l. capitalium. 20. §. qui ob inimicitias, de pen. lib. 43. P. tit. 19. l. si seruus seruum. §. si fornacarius, et §. si quis alteri, et §. si quis in sulam, et l. fin. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac eod. tit. Causi l. qui ados. 9. de incen. rui. Exod. c. 22. o. §. si segregatus, c. 5. de iniur. lib. 5. decret. tit. 36. Vlp. l. si de off. pref. vigil. lib. 1. P. tit. 15. in tertio, capitale crimen animaduersione capitali expiatur mortis, vel deportationis, vel concremationis, Causi, d. l. qui ados, et Vlpia. in l. fin. de incen. rui. et nau. Callist. l. capitalium. 23. §. incendiarius, de pen. lib. 48. P. tit. 19. Ita vt qui ecclesiam incendit, gratuito pena canonica & spirituali, nempe excommunicatione, c. in literis, c. 5. de raptor. lib. 5. decret. tit. 17. cap. 1. uia, de sentent. excommuni. percussitur. Nec mirum videatur, quod nos dixerimus, fortuito casu solum fieri posse incendium, moti Vlpiani responso, Vlpia. in l. si vendita. 11. de peri. et commo. rei vendit. lib. 18. P. tit. 7. quo ait, Si ne culpa incendium fieri non posse: nam & scimus extranea vi posse fieri incendium, hoc est, aliena negligentia quam conductoris, veluti seruorum & aliorum domesticorum & vicinorum. ¶ Verum ¶ & nemo inficias ibit, sine opera hominum posse tangi de cœlo domum, & aceros frugum, ignis quippe cœlitus immitti potest, vt quando ignis egressus a domino exiit Nadab & Abiud, Lemit. c. 20. quando consumtæ sunt ciuitates septem ob scelus immane, Genes. cap. 19. quando exiit iussu Helic quinquagenarii, Reg. 4. cap. 1. dum concussa fuerunt fundamenta ædium filiorum Iob, tædæ de cœlo oues, & pueri eius, Iob, c. 1. Proinde boni patres famili. soliti erant incendii extinguendi causa, aceros paratum habere, vt notat Vlpia. l. que situm. 12. §. acetum quoque, de fund. instr. lib. 33. P. tit. 7. ¶ Et ¶ Romæ ob subitas incendiorum vastationes, triumphum & excubiæ ne cœternæ posset, & familia publicæ circa portas & muros ciuitatis dispositæ, & mercenarii conducti ad incendia supprimenda, pluribus vno die subortis incendiis, Paul. in l. 1. et Vlpia. l. 2. de off. pref. vigil. lib. 1. P. tit. 15. aliquando. ¶ Atque ¶ ultra ignis exultionem, considerant in pœnis ignis & aquæ, tanquam elementorum necessarios ad vitam, interdictionem, Cicero pro domo sua: in cuius pœnæ locum, hodie successit deportatio, l. 3. ad leg. Iul. pecul. l. 2. §. constat, de pen. lib. 48. P. tit. 19. l. 1. §. si quibus, de lega. 3. ¶ Sicuti ¶ qui in illa cum ulata societate olim nuptiis coniungebantur, ignis & aquæ admotis mysteriis vinciebantur, vt meminit etiam Scaenola, l. pen. de dona. inter vir. et vxor. lib. 24. P. tit. 1. Ouidi. 4. fastor. His noua sit consuetudo, hæc duo magna putant, in symbolum, quod bona & mala communia forent illis: veluti horum appellatione, videtur Deus vniuersa bona & mala conclusisse, dum ait, ad hominem, ecce apposui tibi ignem & aquam, Ecclesi. 1. vitam & mortem, porrige manū ad quod volueris. Erat & inter summos imperatores honores, ignis prælatus in sartagine ferulo supraposita. Sic meminit Herodianus, lib. 1. Commodum Cælares, Lucillæ vxori Pompeiani permisisse se sedere in theatro sella imperatoria, & ignem de more ei præferri. Sicq; ait, idem lib. 2. Pertinacem non fuisse passum ignem sibi deferri, vel vlla principatus insignia atrolli, donec sententiam senatus sciscitaretur. ¶ Inter ¶ leges incendiū, Saliqua illa est Francorum antiquissima, in l. Saliqua, tit. de incend. Volfgan. Lazius. lib. 1. cōment. Reip. Rom. c. 7. cuius verba: Si quis ignem posuerit in domum, ita vt flamma eruat, et arserit, et a familiaribus liberata fuerit, unumquemq; de liberis cum sua Heruauuni. eo quod eos in unum am, quod dicitur, hoc est, in desperationem vite fecerit. Et non componat amplius, nisi quantum ignis consumserit. Dacalis vero disciplina integra remaneat, et si negare voluerit cum his cum capiti ne se defendat, aut cum duodecim sacramentibus, id est, militibus iuret.

De Elementis quatuor. Cap. 7.

- 1 Elementa magicis non turbanda.
- 2 Elementis priuatis necatur homicida.
- 3 In elementis capta, capiuntibus cedunt.

¶ Extenditur ¶ & cura Iuriconsultorum ad omnia vniuersaliter & elementa, veluti quando Constant. & Iulianus Cælares, lege detestantur eos, qui artibus vetitis, & magicis suffuris, elementa turbare nituntur, l. multi magicis. 6. de malefic. et mathem. lib. 9. C. tit. 18. adimuntq; parricidio pollutis viuētib; elementa quatuor, leges iubent cœlo infitos inter fera animantia sine elementorum vsu interire, Constant. in l. vnic. de iis qui parent. aut libe. ec. c. de lib. 9. C. tit. 17. Modest. l. pen. ad l. Pompe. de parric. lib. 48. P. tit. 5. Prouident ¶ & ne mouatur cōtrouersia de his quæ in cœlo, terra, mariq; capiuntur, primo occupantibus, cedentes, Florent. l. 2. de acquir. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. Paul. l. 1. de acq. poss. lib. eod. P. tit. 1.



nascentur exscissi, quod negant Physici, qui tantum additione & ablatione materia eos componi aiunt, nunquam autem crescere. aliter illi tamen renasci dixerint iustitiae & physices periculis auctores, qui tamen intelligendi sunt dixisse, & renasci lapides in Gallia & Asia, quoad subiecta dura superficie, mollis terra quae subsidebat, aere admisso condensatur, & in lapidem durefcit. ¶ Agunt ¶ & de Vegetabilibus sepiissime, ut in titulis, De glade legenda, arborum furum calearum, lib. 47. P. tit. 27. de arboribus caedendis, lib. 47. P. tit. 7. de lucco Daphnes, lib. 11. C. tit. 77. & de cupressis, lib. 11. C. tit. 77. & de pascuis publicis & priuatis, lib. 11. C. tit. 60. de pascuis limitaneis, & castellorum: & in seruitutum capitulis, lib. 11. C. tit. 59. de iure pascendi pecoris, V. P. in l. de seru. rust. praed. lib. 8. P. tit. 3. Atque & de animalibus frequens tractatio, in titulo, si quadrupes pauperum fecisse dicatur, lib. 9. P. tit. 1. in lege Aquilla, Pompon. in l. Quintus Aduius, 39. Et l. seq. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 1. cum similib. in adilitio edicto, V. P. l. ediles aiunt, 38. de adilitio edicti, lib. 21. P. tit. 1. cum similib. & alibi. De hominibus autem, qui perfectam exhibent compositionem, non est quod doceam iura tractare, cum finis iuris homo sit, vt tradunt Hermogeneanus, l. 2. de sta. ho. lib. 1. P. tit. 5. & Iustinianus, §. fin. de iur. nat. sicut & ceterarum rerum omnium, in pcedendo, de vser. lib. 22. P. tit. 1. §. in pcedendo, de rer. diuis. lib. 1. Inst. tit. 1. Prostant & integri tituli, De itaru personarum, lib. 1. P. tit. 5. de iis qui sunt sui vel alieni iuris, lib. 1. P. tit. 6. in Inst. ciuil. lib. 1. tit. 8. de ingenuis, apud Iustinianum, lib. 1. de libertinis, apud Iustinianum, lib. 1. de iure personarum, eodem apud Iustinianum de sponsalibus, in P. C. de nuptiis, in P. C. & Inst. & Auth. & similes, de quibus suo loco, De of fauete, dicemus. ¶ Ex quibus omnibus alia corporum rerumque colligi potest diuisio, vt quaedam res sint mobiles, quaedam se mouentes, quaedam immobiles, Inst. §. 1. de litig. coll. §. tit. 8. in Auth. & quaedam perpetuo mobiles, quas Graeci ἀκίνητους dicunt: quaedam dubiae naturae.

¶ Immobiles res sunt, quae moueri omnino non possunt, & tales proprie res soli sunt, quae tradi nequeunt, & non nisi ademptione possessionis transferuntur. Et Vlp. a diuo Pio. §. in venditione, de re iudic. lib. 42. P. tit. 1. ita iudices interloqui solere ait, si mouentia non sint, vt sola quae capiuntur: quibus verbis mouentibus opponit soli res. Latius autem & quae solo adherent, & quae solo delimitata sunt, vt ei perpetuo inferuntur, immobilium loco sunt: & non solum ager, sed & ei adiectus colonus, domus, mancipia rustica, §. vult enim, de non alien. reb. eccles. in Auth. coll. 1. tit. 1. coloni enim huiusmodi vel mancipia, a praedio cui adiacentur separari non possunt, & dominum euentem praedium & retinentem sequuntur perpetuo, l. 2. & l. quemadmodum, 7. de agr. & cens. lib. 12. C. tit. 47. Mar. l. si quis inquilino, 15. de leg. 1. lib. 30. P. tit. 1. quia nec pando temporis abesse debeant a gleba, vt ait Honorius. l. colonus, 15. de agr. & cens. sed statim ad opus reuertit, Modest. in l. 2. de nund. lib. 50. P. tit. 1. ideo & partes fundi dicti a Modestino l. 3. de diuers. & temp. praes. lib. 44. P. tit. 3. eoq; modo fructus pendentes, quando a solo separari non sunt, inter immobilia erunt, quia pars fundi sunt, Cuius l. fructus pendentes, 44. de rei vend. lib. 6. P. tit. 1. §. si fructus, 1. a. alius l. arboribus §. Iulianus, de vser. lib. 7. P. tit. 1. contra, separati inter mobilia erunt, vt notat Modestinus ex Traiani sententia, l. fin. de reg. reis, lib. 48. P. tit. 17. Dicunt & viumfructum ex immobilibus percipiendum, inter mobilia esse: quia dum constituitur, in re ipsa est, iusque in corpore, Celsus l. 2. de vser. ut. lib. 7. P. tit. 1. §. fin. de pig. apud Greg. & idcirco ille pars dicitur domini, P. in l. 4. cod. tit. de vser. Hac ratione census perpetuos annuatim debitos, annonasue ciuiles, in res mobilia annumerat Iustinianus, §. vult igitur, de non alien. reb. eccles. in Auth. coll. 2. tit. 1. l. §. praeterea, de sur. dot. l. in bemo, de sacros. eccles. Clem. ex ini. §. cum q; de verb. sig. Sic pensiones per longu tempus praestati solite ecclesiae, ad exemplum immobilium alienari prohibentur, c. querela, de elect. ap. Greg. non secus tamen qua ex mobilium numero habebuntur redditus, si anni ad modicum tempus duraturi sint, si credamus Alc. in l. mouentium, de verb. sig. cuius tamen sententia apud me vera est, quando illa pensio duratura ad modicum sit & ex genere earum, quae sopiri & aboleri possunt redemptione fortis mutatae, aut si sit ex his, quas dicit Galli, Rentes volantes constituites a price d'argent. non autem si de solari iuris censu agitur, quam vocant, Rentes foncieres. Nam in prioribus mobilia considero, nempe pecunias, quibus constituta est pensio: in aliis, quod ex patrone solum habet, veluti dicitinus, tributorum praestationem semper sequi praedicti detorem, quamuis pacto aliter placuerit inter priuatos, Imp. Jul. in l. si sine cens. & reliq. fund. comp.

non poss. l. 4. C. tit. 47. P. in l. Imperatoris, 7. de pub. & vser. lib. 39. P. tit. 4. P. in l. inter debitorem, 43. de pact. lib. 2. P. tit. 4. In summa & res illae quae adherent immobiliter immobilibus, mobilia censentur: vt molendinum, quod alui fluuialis solo insidet, cum fiticis adactis trabibus & rignis fibulatis vel subiciis edificatum, aux constumus du pays de Turene. tit. des choses qui sont reputees meubles, art. 2. Itē domibus affixa, clauis vel impagibus, pro immobilibus sunt, ea. consuet. art. si. si potissimum affixa sunt, vt ibi perpetuo essent, veluti fistulae, caetella plumbea, putealia, epistomia, fistulis applicata, columnae.

¶ Mobiles res illae sunt proprie, quae facile a loco moueri & transferri tradive possunt, seipsas autem non mouent: in quo a mouentibus se differunt, quae proprie animalia sunt. Cels. in l. mouentium, 93. de verb. sig. lib. 50. P. tit. 16. d. l. a diuo Pio. §. in venditione, de re iud. in P. est omnia perpetuo non mouentur, sed aliquid, vt apta ad motionem. Sunt autem alia corpora & res perpetuo in motu existentes, veluti caeli & sidera, vt constat tum experientia, tum ex Oeceli libello de vniuerso, ceteriq; physicis & astrologis, & ex Philone de mundo: ideo Iustin. dixit, §. aut lex, de non al. reb. eccles. coll. 2. tit. 1. in Auth. nostrum statum sub perpetuo motu consistere.

¶ Quae quidem omnia apprimè notanda sunt, quia distinctionis huius utilitas frequens in iure est, velati in tractatibus rebus minorum: alienatio quippe inhibitor rerum immobilium sine solemnitate, & iudicis decreto, Constant. l. lex quae tutores, 21. de administr. tut. lib. 5. C. tit. 37. tot. tit. de praed. & aliis reb. min. sine decret. non alien. lib. 5. C. tit. 71. l. et si sine §. quaesitum, de minorib. P. Solemnitates huius venditionis, tradit Vlpianus l. magis puto, §. §. non passim, de reb. eorum qui sub iur. lib. 27. P. tit. 9. mobilia autem & se mouentium, quae seruando seruari non possunt, permittuntur tutoribus, Constant. in l. fin. quando decret. opus non est, lib. 5. C. tit. 72. d. l. lex quae tutores, §. fin. de administr. tut. C. l. & si sine §. quaesitum, de mino. 25. ann.

¶ Et res mobilia vilis & abiecta aestimatur possessio a Paulo, l. si rem mobilem, 47. de acquirend. possess. l. b. 41. P. tit. 2. & l. peregre, 44. eod. tit. vt eam facilius amittamus ignorantes, gloss. in praed. il. proxime cit. Et in l. si post acceptum iudicium, 18. in gl. 1. de rei ven. in P. & breviori praescribatur temporis curriculo, Inst. in l. de vser. transfor. l. 7. C. tit. 31. tit. de vser. l. 2. in §. Sed & axioma in iure & praxi indubitatum: mobilia non teneri legibus hypothecae, vt priores in debito vel privilegiati aliis minimae privilegiae & posterioribus praerantur, si minus diligentes in captione fuerint pignorum, quod nos in Gallia dicimus, que biens meubles n'ont point de suite, id est, quod quando mobilia sunt penes debitorem, ea possunt a quolibet creditore iure pignoris capi & distrahi, vt a priore creditore deinceps conquerere, distractio reuocari vel impediri non possit, in consuetu. Alnormia. sicut consuet. du Maine. tit. des prescriptions, art. 436. & consuet. d'Anjou. eo. tit. art. 421. Chass. 100. consuet. Burg. tit. des ventes vendues a rachant. §. 3. ver. videmus quotidie. nisi quaestio esset de pensione locationis, quo casu dominus inquilini inuecta in domo, iure prelationis, vt tacite legis auctoritate oppugnata, retineret, l. 4. C. de pact. l. 2. 3. 4. in qui. cau. pig. vel hypoth. tac. contrab. l. si non inuecta, & l. si. C. eo. tit. de quib. latius in pig. agemus. vel si pignora mobilia iudicialia, eius sint valoris, vt possint reddita vtrique satisfacere. Dehinc nec in mobilibus affectio, V. P. l. 3. de in lit. iur. lib. 12. P. tit. 3. consideratur, quod fuerint maioru, & ideo nec gentilitate redemptionis locus in his, Masuer. in praxi ind. tit. de retract. §. 1. lo. Lucius in placitis summae curiae, lib. 9. tit. 3. Bart. Chass. in com. ad consuet. Burg. tit. de retract. art. 1. vt in immobilibus, quae in locis eius consuetudinibus, propter hanc affectionem, l. si in emissionem, 36. de mino. 25. ann. & constitutus, de integ. rest. ap. Greg. §. pen. qual. olim seu. alie. poss. in v. lib. seu. quod res maiorum fuerint, si vendantur a proximioribus venditoris reuocantur, restitudo emtori aequali pretio, quod venditori numeratum est. Vnde alia vtilior regula generalis, vt quae pro mobilibus haberetur, redhibitioni gentilitate non sint obnoxia: quae autem pro immobilibus, quae immobilia sunt, redhiberi possunt a proximis. ¶ Ceterum ¶ & alia est annotanda rerum dubia natura earum, quae possunt inter mobilia & mobilia esse, & tamen per se talia non sunt. Huiusmodi sunt nomina debitorum, Bartol. & gloss. in l. mouentium, de verborum signif. id est, debita, quae si sint rerum immobilium, immobilibus adscribentur, si mobilia mouentium, mobilibus, gloss. in dicta l. mouentium. Et ibi Alciat. & Alberic. in dictionario, in verb. mouentium. Cum incorporalia nec mobilia vel mobilia sint proprie per se, Baldus in l. final. de cognitione feud. L. apu

in alleg. sua 91. late Anstier. ad quest. Tholof. 313. neque tradi neque possideri possint. l. seruus. §. in corporales. de acquir. rerum domin. in P. Quamobrem & Iurifconsulti, qui omnia complectuntur, addunt mobilibus, & immobilibus expressis, etiam nomina. d. l. a dino Pio. §. 2. de re iud. l. quam Tuberonis. §. in peculio. de pecul. in P. late Alex. de iis con. §. 2. vol. 1. verb. tertio moueor. Panorm. in c. si nulli. de reb. ecclie. non alien. ¶ Sunt etiam & inter immobilia, iura perpetua, vt reditus perpetui, nomina, vt dictum est, feruitia quoque, Specul. in tit. de restit. spol. verb. sed adhuc. & ve digalia, quæ dicuntur guidagia, portoria, pedagia, & similia iura, & ve digalia, vel tributa, Chass. ad consuet. Burg. in tit. de retractis lignagiers. §. 1. vers. eum quero. Bald. in c. 2. de feud. cogn. & in §. 1. que sint regal. vt & in iis retractus locum habeat: neque possint sine solemnitate ab ecclesiasticis viris, si ecclesie sint, alienari. Linbemu. & Authen. hoc ius porrectum. de sacros. ecclie. lib. 1. c. 10. tit. de non alien. reb. ecclie. in Authen. Quibus & alia prope innumerabilia, quam proxime vtilia adiungi facile a quolibet poterunt.

De Incorporalibus.

CAP. 10.

- 1 Incorporalium finitio & diuisio.
- 2 Spiritualia quæ sibi spiritus acceptiones.
- 3 Vbitraclent de spiritualibus iura.
- 4 Iura esse incorporalia.
- 5 Forme incorporales, item & figura.
- 6 De indiuiduo vel diuiduo.
- 7 Corporalium & incorporalium discrimen in diuisione & vsu contrarium.
- 8 Sacrorum spiritualium & aliorum ratione commercii differentia & de Simonia.
- 9 In spiritualibus minor 25. ann. filiusfamilias, in iudicio esse potest.
- 10 Spiritualia facilius nascuntur, quam destruantur: contra corporalia.

1 Incorporalia Iurifconsulti etiam vt physici intelligunt, quæ tangi videri non possunt, §. 1. de rebus corp. & incorp. l. 1. de rer. diuis. lib. 1. P. tit. 8. vt dictum a nobis est sup. c. 1. Ceterum ea vbertiori facilitate explicamus, vt ea huiusmodi sint spiritualia: vel iura, quæ iuris nomine inscribuntur: vel formæ, vel figuræ. Spiritualia dicuntur ea, quæ ex fide & animi sola cogitatione & intellectu pendunt, quæ ad Dei cultum pertinent, de quibus Iurifconsulti, Cæsares, & Pontifices agunt plerumque. ¶ Hæc etiam spiritualia dicantur non a vento, qui & spiritus dicitur. Ex eccl. 5. P. sal. 47. & sape alibi, vel ab habitu, vbi etiam spiritus, hæc enim corporalia sunt elementaria, sed ab anima quæ & spiritus, ita apud Iustem. in §. 1. constit. 60. vt defunct. vel funera eorum, & c. diuinus a Deo inspiratus in faciem hominis, factus in animam viuentem. Genes. c. 1. sicut dum D. Iacob ait, Iacob. 2. corpus tuum sine spiritu, mortuum est. Et D. Stephanus, Act. 7. suscipe spiritum meum. Et Hebraei pariter vocantur oachi, sicut & Græci ψυχῶν. Cum tamen apud utroque & pro flatu, vento, refrigeratione. accipi vtrumque nomen possit, & pro anima, quæ ideo flatu & spiritus, quod per spiritus vitales, per totum corpus exferat vitales facultates. Est etiam in anima alta vis, quæ spiritus etiam dici potest, vt dum dicitur, [quis scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est?] 1. Corin. c. 2. Vique mens est superior vis animæ, ita spiritus vis inferior. g. l. ordinaria. in c. 14. 1. ad Corin. in verba illa, Spiritus meus erat. vbi rerum corporalium imagines imprimuntur. Sicq; in Genesi c. 4. dicitur [Spiritus Pharaonis informatus est vt videret imagines: mens autem Iosephi illuminata, vt intelligeret.] Hicq; spiritus pars vitilis animæ, qui tanquam maritus, animalem affectum, velut vxorem regit. Eritque anima, spiritus quo sumus: & hic spiritus, velut animus, spiritus quo regimur, in his in quibus inest sequitur quæstio, impulsusque anime. D. Paulus quoque 1. ad Thess. hæc distinguit, [integer, inquit, spiritus vester, & anima, & corpus.] Saneque etiam quæ corporalem materiam non habent spiritus, veluti Deus spiritus est: & pater spiritus, filiusque Deus spiritus: & tertia diuinitatis designatio spiritus sanctus proprie, vt docet Didymus, libello de spiritu sancto. Item spiritus sunt, sed non eius puritatis qua Deus, Angeli. Psalm. 103. ad Hebr. 1. & alibi. In summa, spiritus carnem & ossa non habent, Luca 24. nec tamen videri per se queunt, nisi in assumpto externo corpore. Et hi comprehensibiles tantum animo sunt, spiritualibus spiritualia comparando, 1. Corin. 2. Hinc cultus diuinus maxime & quæ

circa eum sunt, spiritualia dicuntur, sicuti illa fluxa & caduca, quæ corporali parti accommodantur, profana, temporalia, & secularia, si non sint sacris deferuentia. Virtutes, & dona Dei inter spiritualia sunt, Can. 1. & 2. l. quæst. 1. & ratione connexioni, & quod spiritualia dona conferant, sacramenta spiritualia: hæc tractantur a magistro sententiarum, lib. 4. d. 1. & 2. de iis non vendendis. in canon. iuris. cap. 8. cum in ecclesia. cap. 9. de simon. lib. 5. P. tit. 5. sicuti & quæ religiosis locis adherent, religio la censentur, Paul. l. quæ religiosis. 43. de rei vend. lib. 6. P. tit. 1. vt ius patronatus annexum spirituali spiritualia. c. de iure patronat. cap. 16. de iure patron. lib. 3. apud Gregorium tit. 3. 8. cap. quanto, de iudic. apud eundem. Huius & iuris censentur sacra vasa, vestes, & reliqua cultui diuino destinata, Panorm. in c. consilere. numero 3. de simonia. quæ quantum corporalia sint, tamen in illis, quæ spiritualia sunt in corpore est, & animo solo intelligitur: resti exteriora signum aliquod inuisibilium exhibeant. ¶ Et de iis exstant propria in iure vtroque tractationes. Eoque referuntur tituli Codicis Iustiniani in primo libro, De summa trinitate, & fide catholica, tit. 4. de sacrosan. ecclie. tit. 5. & qui sequuntur tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Tractant & de spiritualibus, diuini, & religio summi Pontifices in decretalibus, sexto, & Clementinis, extragantibus, de summa trinitate, de elector. e. p. sculatione prelatorum, de translatione episcopi, de supplicia negligentia prelatorum, de tempor. ordinat. de renuntiatione, de sacra victione, de sacramentis non iterandis: & dum agunt de officii ecclesiasticis, de symonia, de iure decimarum, de vforis, de sepulturis, veto, eucharistia, consecratione, & huiusmodi. Item de aliis spiritualibus non sacris, quoties agunt de consensu, de voluntate, de consilio, pactis, & similibus, de iuris & facti ignorantia, de iniuriis verbalibus, & de reliquis, quæ intellectu solo comprehenduntur. Nam quæ ex spiritu nascuntur, spiritualia sunt. D. Ioan. Euangel. cap. 3. & simile sibi simile gignit propria generatione, vel productione. Estque industria personarum ideo spiritualis, Vpianum l. inter artifices. 3. de solutio. lib. 4. 6. P. tit. 3. Siquidem omnes artes & scientiæ & intellectualia, incorporalia dicuntur a Porphyrio lib. de occasion. ¶ Ex quibus sequitur & iura esse inter incorporalia annumeranda, quia illa solo animo comprehenduntur: quamquam ea, quibus iura adherent, sint corporalia. l. 1. §. quadam, de rerum diuis. lib. 1. P. tit. 8. §. 1. de rebus corp. & incorp. lib. 2. Insuper iuris autem appellatio ad multa pertinet, Paul. in l. penni. & Mart. l. fin. de iustit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. Quamobrem nec in pluribus exemplis oneremus, erit regula generalis: vt id omne, quod in finitione sua habet voculam iuris, sit incorporale. Igitur & hereditas, quia perius definitur, Iulianus in l. hereditas. 63. de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17. Cuius in l. nihil aliud. 24. de verborum significat. lib. 50. P. tit. 16. incorporalis erit, dicit l. 1. de rerum diuis. in P. Similiter & seruitutes, quæ iura prædiorum dicuntur, Bart. in l. 1. de seru. iur. lib. 1. final. de præscript. longi tempor. C. & seruitutes personarum a iure gentium introducuntur, l. ex hoc iure, de iustit. & iur. lib. 1. P. obligatio, vt iuris vinculum. §. 1. de oblig. lib. 3. Insuper tit. 1. 4. actio, vt ius persequendi, §. 1. de actio. l. fin. de præscript. longi tempor. ius patronatus, ecclesiasticum, & non ecclesiasticum, tit. de iur. pair. ap. pontifices summos & tit. de iur. patronat. in P. lib. 17. tit. 14. possit. 1. 4. & simi. siue profanum: iurisdictionis, l. de iurisd. Et omnium ind. lib. 2. P. tit. 1. & sic de similibus. Quod si de formis agatur, formæ & incorporales esse credi par est siue illæ substantiales, siue accidentales sint. Porro forma substantialis ea est, cuius ratio e quid tale dicitur, vt hominis forma substantialis, illi propria ratio, corporis & animæ immortalis compositio. Clem. 1. de summa trinit. In arboribus, proprium genus propriæ species, qua differunt inter se, & ab aliis rebus. Accidentalis qua ad tempus mutatur res, extrinsecus. Nam Forma est transmutatiens effectrix, distinguens rem ab aliis, & permutationem eandem a se ipsa, Vpianus l. Iulianus. 2. §. si quis rem. ad exhib. lib. 10. P. tit. 4. Cuius l. ad eo. 7. §. in iuliam. de acquir. rerum domin. lib. 41. P. tit. 1. Sic figura omnis, quæ videri putatur, cum tamen non videatur, incorporalis est, & spiritualis. Quæ enim hoc sit quadrata vel triquetra figuræ vel alterius, ad animi determinationem pertinet: Quia mathematicæ omnes definitiones, contemplatiue sunt considerandæ in abstracto. Et oportet credere tales esse, prius quam tales esse digbe scamus, vt admonet Aristoteles lib. 1. Metaph. c. 3. vt & Plato in lib. enile tradit, mathematicas formas ab omni actione liberat. D. hinc & Aristoteles lib. 3. Metaph. c. 7. scribit ea, ex quibus figura fit, vt puncta, lineam, relictudinem sine e. prore esse posse, neque omnia existentia esse corpora, neque inter corpora

De Rebus. de Forma, & eius Regulis:

6 corporales posse adscribi. ¶ Hinc ꝑ pender vilitas non exigua in perdifficili illo tractatu diuidi & indiuidui: Nam incorporalia, vt iura seruitutu promissa, quæve formam habent substantialem vnam, vt homo, pro parte solui reipsa nequeunt, vt indiuidua: Item plura obligatio simul promissa, cum obligatio iuris sit, pro parte, quod pertinet ad tollendam obligationem, vt ea pro parte censetur iublata, solui nequeunt, vt notat Paulus lib. 27. ad edictum, l. 2. de verborum obligat. lib. 45. P. tit. 1. Vlpianus, l. stipulationes non diuid. 72. de verborum obligat. Mod. l. pro parte, n. de seruit. lib. 8. P. tit. 1. cum similib. ibi notat. & alii. Alioquin enim corrumperet stipulatione diuisione, vel ex vna duas, vel plures nasci, vt sint tot stipulationes, vel obligationes, quot sint separatae res, se eundem eundem Vlpianum, l. seruo debemus, 29. eodem tit. de verborum obligat. cum similib. ibi notat. Nam pro substantia contractibus est forma præscripta, qua mutata, degenerat negotium in aliam naturam, Martia l. vbi ita donatur, 27. de donat. cau. mort. lib. 39. P. tit. 6. illa existente ex placito indiuisibili. ¶ Erunt que consequenter res indiuisibiles, vel diuisibiles, vel sua naturali forma & substantia, vel solutione, vel promissione, siue obligatione: in quibus optime veritatem esse de iure respondentem oportet. Et cum Bartola, tracl. de alio, obligationem perpendere debemus, vel in modo contrahendi, & tunc in contractu qui facti est, l. consilio, de curat. fur. in P. antequam ad sit vinculum obligationis, addi vel minui potest: in modo autem obligandi, quia certius nihil, l. obligatorem fere, §. placet, de act. in P. aut vt contractam consideramus, & tunc nec addi nec diuidi quequam ab ea etiam potest, non modus, non conditio, l. perfectam, de donat. que sub mod. C. vel consideramus res, que in obligationem venerunt, quæ si sua natura diuidua, & talis poterit esse particulatis præstatio, & rerum ratione diuidua se eundem quid erit obligatio, & solutione partis pro parte interibit, l. si stipulatus sim, 9. §. qui decem, de solut. lib. 46. P. tit. 3. Verum donec ex integro satisfactum sit, ius obligationis integrum: vt pro parte residua, & tota potestas capiendi pignoris & venditionis eius salua sit, Gordian. C. l. 2. de bit. pign. vend. imp. non po. lib. 8. C. tit. 29. ¶ Et quomodo diuidua distra. pig. lib. 8. C. tit. 8. perinde ac si nihil fuisset solum: sic tamen imputatio postmodum soluti, in integra præstatio. Et secundo loco memora ri te admodum, inter corporalia & incorporalia interesse: quod illa tangi videri sui natura, & diuidi sine in partes similes, siue dissimiles corporales possint, ista, d. l. §. quedam, de ver. diuis. in P. Pau. l. arbor, 19. §. de vestibulo, cum seq. communi diuid. lib. 10. P. tit. 3. Vlpianus in l. §. si qui iotam, §. §. seq. & Iulianus in l. non possumus, 7. §. pars hered. pet. l. 1. §. P. tit. 5. l. per fundum, de seruit. vult. præd. in P. & l. vnus ex sociis, eodem tit. l. §. com. præd. lib. 8. P. nequaquam, quæ tantum animo & complectimur & distinguimus, intentione vel remissione animi formamus vel fingimus. Quomobrem & notabile est, illos qui animum habent vel impediunt, vel deperditum, vel læsum, negotiorum eorum non esse capaces, quæ a mente sana tractari debent, & quæ consensum & voluntatem deliberatam exigunt: veluti merito faricis, pupillis, inhihentur contractus, pouillimum qui consensu perficiuntur, vel quorum consensu verbis exprimitur, §. furiosus, & §. pupillus, de inutil. stipul. Vlpianus l. vbi non voc. 167. de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17. inhihentur & amentibus coniunctionis per nuptias facultas, Vlpianus l. pater furiosus, l. 8. de his, qui sunt sui vel alien. iur. lib. 1. P. tit. 6. c. d. l. d. de sponsal. c. neg. furiosus, 32. q. 2. cum similib. & impuberibus in foro dicendi, Vlpianus l. §. in iurum, de post. lib. 3. P. tit. 1. vel iudicandi libertas, Pau. l. cum pretor, 12. de iud. lib. 5. P. tit. 1. ¶ Dehinc ꝑ ad adiciendum, discrimen maximum esse inter spiritualia & temporalia multis de causis, præter illam corpoream declaratam d. ferentiam: sacra namque, de consecratione pontificum sunt, Martia l. in antum, 6. §. facta, de rerum diuis. lib. 1. P. tit. 8. non possunt præscribi, §. sed aliquando, de vsucap. lib. 2. Inst. tit. 6. neque in stipulationem deduci, l. inter stipulantes, 8. §. sacram. & l. mulctum, 34. de verbor. oblig. lib. 45. P. tit. 1. cum in dominio alicuius non sint, §. sacra. & §. nullius, de rerum diuis. Minus etiam spiritualia, sacramenta, & similia nundinationes recipiant: eo quod, dona Dei æstimari nequeant vili hac materia & precio corporeo, alioquin imminente tentantibus imponere æstimationem pena maledictionis, qua ob eandem causam punitus fuit Simon Magus, Actorum cap. 8. a quo & reliqui qui comparate pretio diuina fatagunt, simones vel simoniaci, gl. in prin. q. 1. & can. qui fundat, 1. q. 1. & crimen ipsum simonia, vt vendentes Giezitæ, a Giezer seruo Helisei, qui ob gratiam a Deo per Heliseum prophetam Naamo concessam in lepro præ cura, ausus est munera poscere suo maximo malo & postero-

rum suorum: lepra ideo alba in perpetuum in vitionem sceleris infectus, 4. Reg. 5. d. studet. 1. q. 1. c. scilicet, pro certo, de simon. Atque in causis spiritualibus maior 14. annorum filius familias, in iudicio suo nomine, sine patris consensu & voluntate esse potest, in aliis non potest, c. si de iudic. lib. 2. sexti decret. tit. l. cum oportet, & l. cum non solum, de bon. qua. lib. ¶ Suntque ꝑ alia differetia: quæ omittuntur. Sed & spiritualia difficiliter destruantur, quam fiant: contra corporalia difficiliter fiant, quam destruantur, c. inter corporalia, de maior. & obed. apud Greg.

De forma, & eius regulis.

CAP. II.

- 1 Formarum diuisio, &c.
Forma substantialis, quod sit perfectioris, & de animalium forma.
- 2 De forma vel figura extrinseca, & de intrinsecarum additione vel detractioe mutata.
Testamentorum forma immutabilis.
Item contractuum.
Actionis rei vxoria transfusio in ex stipulatu actionem.
- 3 Forma accidentalis quid.
- 4 Formam exprimit, 1. expressio honorificis, 2. conditio, 3. ordo, 4. continuatio actus.

¶ Sed quia obiter de forma dixisse non suffieit, seorsim ꝑ de illa paucis agamus adhuc, eo quod eius cognitio valde necessaria nobis sit. Considerabimus itaque illam cum in corporalibus, tum in incorporalibus, vel vt substantialem vel tanquam accidentalem. Substantialem dicemus, consummationem & perfectionem cuiusque rei, prout quæ res habet definitam & determinatam rationem vel compositionem certis rebus vel partibus absoluendam, vt me docuit Caius Iuriscog. l. si quis, qui quadringen. 14, 79. §. ad legem Fale. lib. 35. P. tit. 2. Nec dicitur homo, qui in vtero adhuc embryo est, nec partes omnes hominis completas habet. Pau. l. non sunt liberi, 14. de stat. u. hom. lib. 1. P. tit. 5. Vlpianus in l. Iulianus, 9. §. si quis ad exhib. lib. 10. P. tit. 4. Iustinus l. quod certum, 3. de post. hered. inst. lib. 6. C. tit. 29. Nec inanimato corpore nati est Clement. 1. de summat. in Clem. cau. si quis obiecerit, 1. quest. 1. can. Moyses, 32. quest. 2. Sic in aliis animalibus, ea formam non habent substantialem, quæ caret vita sentientia: sed aliud nomen accipiunt, carnis, Iulianus in l. si seruus, 14. §. fin. de condit. fur. lib. 13. P. tit. 1. Pau. l. mortuo boue, 50. de leg. 2. lib. 32. P. tit. 1. solum vel corril, vel cadaveris, vel ut in hominis corpore pariter obseruatur, efflata anima, tit. de cadaver. punito. lib. 48. P. tit. 24. ¶ Huius ꝑ speculationis est figura exterior in rebus corporalibus, cuius alteratio mutat rem a seipsa, vt alia a se ideat: siue illa sit substantialis, siue accidentalis. Verum intrinseca mutata, magis res alteratur: vt si bonitas vini mutetur, & accecat, sic acetum, & desinit esse vinum, Vlpianus l. in venditionibus, 9. de contrahend. em. lib. 18. P. tit. 1. Nisi mens loquentis, vel vsus improprius loquendi, vtrumque designet eodem nomine: Alias enim vinum non continet acetum, mulsam, hydromel, defrutum, nec similia, Vlpianus l. si quis vinum, 9. de iur. oleoque leg. lib. 36. P. tit. 6. Item forma arte addita, quæ rei dat nomen, si mutetur, remaneat quæuis eadem materia substantia, rem aliam constituit: vt postquam in scypho bibi non potest, non amplius scyphus erit, Vlpianus l. Iulianus, 9. §. si quis, ad exhib. lib. 10. P. tit. 4. Et facti argenti appellatio, in seculum non continebit, Vlpianus l. Quins. Mutius, 29. §. cum aurum, de auro & argento leg. lib. 34. P. tit. 2. Atque vitiones interire dicuntur, cum ex naturali forma decidunt solida, & dissoluantur, Mar. in l. Seia, 6. de auro & argento leg. lib. 34. P. tit. 2. Quod & in formis negotiorum sine actionibus obinere putandum est: vt si a definita qualitate deficiant, nec habeant solemnitate requisitam, inutilia profus sint, vel in aliquam aliam naturam transeant, l. qui per salutem, de iureiuran. in P. Martian. leg. vbi ita donatur, 29. de mort. cau. donat. lib. 39. P. tit. 6. Cell. cum precario, 12. de precar. lib. 43. P. tit. 25. ¶ Exempli causa, vbi in vltima voluntate non inuenitur heredis institutio, quæ potissima causa substantialis testamenti, est, l. de heredibus institu. P. §. ante heredis institutionem, de leg. apud Iustinianum, l. 1. de vulg. in P. ibi nec mentem conicimus, nec naturam testamenti, sed codicillorum, Diolet. & Maximus l. non codicillum, 14. C. de test. lib. 6. C. tit. 23. Si tamen reliqua, quæ codicillorum sunt, ad sint. ¶ Eo modo in reliquis præpriis contractuum determinationibus, vel a lege, vel ab homine inductis, quæ violari non possunt, quin ipse contractus vim patiat, vel mutatione,

neque additioni quidem vel detractio loci est: hec enim aliud faciunt, *Papinian. in l. p. p. consenta, 72. de contrahen. emt. lib. 1. §. 8. P. tit. 1. si in iplo contextu non fiant, vt dicemus in contractibus, Deo iuuante. Non secus ac cum additur vel detrahitur iuri gentium, sicut aliud ius, ciuile inquam, *Ulpian. l. ius ciuile, 6. de iust. & iur. lib. 1. P. tit. 1. Quamuis illud a iure gentium non omnino recedat, neque per omnia illi inferuiat. Atque ita transfusio vnius formae in aliam, nouum quid facit, & figuram constituit nouam, quae priore expellit: vt actio ex stipulatu addita constitutioni dotiam perimit rei vxoriae actionem. *Iustin. in l. 1. §. cum autem, §. 8. & nemo potest, de rei vxor. act. lib. 5. C. tit. 13. ¶ Ve vsus seruitutis contrarius formae impostae in constitutione, tollit seruitutem: veluti vsus seruitutis nocturnae, amittitur diuina constituta, *Pam. l. si prius, 17. de aqua plu. arcend. libro 39. P. titulo tertio. Et haec ad formam substantialem proprie pertinet: vel ad intrinsecam, ratione cuius res esse habent, vel ad extrinsecam, ratione cuius talia qualia sunt, esse propria figura & caractere dicuntur. ¶ Paulo ¶ tamen diuersa consideratione, in accidentaliter vtendum est: ea quippe est, quae ad esse abesse potest, sine corruptione subiecti, id est, sine corruptione formae intrinsecae, vel perfectionis extrinsecae: vt doceri potest exemplo iudicii, quod idem est, etsi in locum demortui iudicis, alius subrogetur: quod philosophice persequitur Alpheus Iurif. consultus, *l. proponebatur, 76. de iudic. lib. 5. P. tit. 1. Accidens quippe plus & minus continetantum, ratione quorum, rei non constituitur differentia a seipsa, nec actus diuersitas, *l. fin. de fun. instru. P. neque additiam formae, rem mutat. Veruntamen praeter eundem non est, accidentalem formam, quae in propriam extrinsecam transit ex integro priorem mutando, aliam rem a se, sed accidentaliter, non substantialem, facere, *l. si statum, de auro & argen. legat. lib. 34. P. tit. 2. potissimum in nomine, quod secundum plus & minus varie impostum est, secundumque numerum, & secundum alia accidentia, veluti agris diuisis, ingerunt diuersa appellatio, *Caius l. adeo, 1. §. insulam, de acq. rerum domin. lib. 4. 1. P. tit. 1. ¶ Sed ¶ vt apertius doceamus, quid quando ve aliquid dicatur esse de forma negotii vel rei, ex Felino in c. cum dilecta, de rescript. colligimus breuiter axiomata aliqua, quorum qui voluerit laius inquirere probationes, poterit ipsum auctorem consulere.********

1 ¶ Quando, quod negotio per se inerat de honestate sine expressione, exprimitur vel a lege, vel ab homine, id de forma negotii substantiali sentiendum, vt cum dictum est, *canon. nostrates, 30. quaest. 7. ex honestate requiri in nuptiis consentum paternum, apud iuris canonici auctores, & in Gallia in edicto Henrici I. de clandestinis matrimoniis.*

2 ¶ Pro forma data est, conditio apposita in constitutione legis, vel hominis: atque tunc condiciones implendae sunt, vt formales, in forma illa praebita, *l. qui hereditas, §. l. Meuius, de condit. & demonstr. in P. cum similib. l. 2. de iust. sub cond. fact. in P.*

3 ¶ Quando statuitur ordo in legis vel hominis dispositione, is pro forma est sequendus, & in tit. de ordin. cogn. lib. 7. C. tit. 19. & in cap. quoniam contra, de probation. apud Gregor. Callistrat. l. si de vi. 37. de iudic. lib. 5. P. tit. 1. 1. 1. ¶ 2. quando ciuili act. crimin. praend. lib. 9. C. tit. 3. 1. 1. 2. §. prius, de vulg. in P.

4 ¶ Quae interuenire debent in ipso actu, & quae vno contextu fieri iubentur, de solemnitate substantiali sunt, vt iis omiſſis tunc corruat negotium, nec postea possint ex intervallo adici: veluti dum lex exigit solemnitates testamentorum continuo actui adici, *l. heredes palam §. fin. de testamen. in P. dum iubent interrogationem & responſionem in stipulatione simul annexi, l. continuis, 17. de verborum obligation. lib. 45. P. tit. 1. Nam si quid aliud perfectus negotii additur, & si illis adhaereat, non forma erit negotii, sed forma alia iuuans vel corroborans actum, quae non eadem tamen cum actu primo, vt exemplo esse potest inſinuatio actuum post actus requisita, quae est solemnitas effectum inducens, non substantialis causa actus, *Iustin. l. sancimus, 3. 4. Constant. l. data, 27. Leo. l. in hac sacraſſima, 30. de donation. lib. 8. C. tit. 5. 4. qualis & cautio heredis de restituendis vsuris a testatore exactis illegitime, quae ad testamenti effectum accedit, c. quamuis, de vsur. in 6.**

5 ¶ Vbi cumque adicitur decretum annullans, vt si contra dicta vel constituta haer, nulla sint; omnia disposita, pro forma substantiali sunt, sicuti in rescriptis vel sanctionibus adicitur clausula irritans, idque tripliciter: primo haec, Nulli ergo hominum liceat hanc paginam infringere, vt in extran. commu. c. 1. §. in si. de prob. v. in si. ne sedo vnt. & c. 1. §. seq. de reb. eccl. non alien. & in extranag.

2. per clausulam, Non obstantibus, c. 1. in si. de schism. in extranag. communibus. 3. per clausulam, Si quis haec attentare praesumerit, ferat sibi indignationem Dei, c. 3. de priuileg. in extranag. comm. & c. seq. eo. & c.

6 ¶ Quando dictum est, vt ita demum fieri non possit: tunc quod ante dictum, pro forma est, vt ap. Marc. in l. non enim aliter, 18. de adop. lib. 1. P. tit. 7.

7 ¶ Quando tempus certum definitur, ibi forma substantialis, vt in praescriptionibus.

8 ¶ Quando dispositum est vel praeter, vel contra ius commune, ibi forma substantialis: vt passim in consuetudinibus dantur exempla.

9 ¶ Formam facit quod dispositum est, si epigraphae vel titulus dispositi ita inscribatur, De forma. Nam tituli debent conuenire disposito, & dispositum titulo, *Hermog. l. 2. de stat. hom. lib. 1. P. tit. 5. Porro utilitas istius praecognitionis, num quid sit de forma actus, in eo versatur, vt quae de forma sint, debeant ad amissum obseruari, fieri vel impleri. alioquin nihil actum videatur, & corruat quod agitur, si praeter vel contra formam factum sit, c. cum dilecta, de rescript. lib. 1. decret. c. Pisanis, de rest. spol. in decre. c. venerabilis, de off. & pot. in d. ord. in decre. Ulpian. l. 1. §. si prator. de trans. lib. 2. P. tit. 15. l. qui per salutem, de iur. iur. in P. Quod perpetuo verum est, nisi in tribus casibus. Prior, si actus fiat ex certa scientia contra formam, ab eo qui potest quando vult, solemnitates vel supplere vel immutare: quemadmodum praesentia ipsius principis, qui publicam gerit auctoritatem, *Iustin. §. sed quod principi, de iur. nat. lib. 1. Inst. tit. 2. Ulpian. l. 1. de constit. princ. lib. 1. P. tit. 4. Aurelius, l. un. de offic. praef. praes. lib. 1. P. tit. 1. c. 1. §. fin. supplet solemnitates testamentorum: una coram eo factorum omiſſas, quamuis ille iuris publici fiat, l. 3. de testa. lib. 28. P. tit. 1. Atque in aliis idem statuendum, si modo princeps, vel qui potest expresse, vel actu ipso deroget scienter: alioquin enim, nisi conueniant, princeps iuri publico, aut eius solemnitatibus non censetur suis rescriptis derogare, *Anast. Imp. in l. fin. in ult. §. si contra. ius vel vul. publ. lib. 1. C. tit. 25. Const. Imp. in l. nec damno. §. 3. Theod. & Val. in l. rescripta, 7. de prec. Imp. offer. lib. 1. C. tit. 22. Alter casus, si quod additur formae, minimum sit, & ad eundem finem conspiciat, illud non mutat formam, sed iuuat, vt forma formam addita, *probat. gl. in c. innocens, ad verb. clementior, 2. 2. 4. Tertius, vt si sine periculo forma non possit impleri expresse, sufficiat eam impleri per aequipollens, *cap. statutum, de offic. delegat. in 6. veluti in forma quae exigit, vt beneficiorum acceptatio publicetur in locis vel temporibus faceret dotiorum: si turo is lacus adiri non possit, potest alibi publicari, *Lud. Roman. singul. 433. Sic in vocatione iuris experiendi causa facienda ex forma in loco domicilii, in periculo, vt alibi fieri possit dispensatur, *gloss. Clement. 1. de foro competen. in Clement. quod & in appellatione significanda receptum est, *Clement. c. iustam, de elect. apud Clem.********

De dominio, proprietate, & possessione.

CAP. 12.

- 1 Proprietatis, vel domini, & possessionis praetio, necessaria acquisitioni rerum.
- 2 Dominium a duplo, non a domo dictum.
- 3 Domini finitio.
- 4 Proprietarius, & proprium quid, & quomodo. (trumque.)
- 5 Dominium in plenum & non plenum partium, & quid sit.
- 6 Plenam potestatem rei minuit usufructus.
- 7 Dominium dictum & utile quid. Proprietas nuda.
- 8 Dominium solum esse.

Ad illa rerum genera corporaliu & incorporaliu, referri potest & subici, & alia rerum distinctio, quae habet plura capita, ex earum dominio & possessione pendens, quae intelligi vix potest a iuris tyronibus, nisi prius de domini, proprietatis, & possessionis appellatione quaedam praecognouerint, cum ex his ius tenendi res & varia nomen clatura sequatur. Quamobrem de istis pauca notare antea operam pretium duco.

¶ Igitur ¶ Dominus mihi videtur is dici, cui aliquid subicitur: non secus ac Graeci dicunt verbum *dominos*, significare subicere: veluti & Latinis *domus* illud contractione facta in *domo*. Mutata significatio verbi *domo*, idem ostendit. Consentit etiam Hebraica significatio, affinis huic nomini *דומין*, domum, quod idem est, ac facit filere, compeſcuit, & ita sibi obedientem reddidit: vnde malo dominum potius dici, quam a domo, id est, ab aedibus cum Ambr. Calepino. Siquidem vt Mar. Varro notat, *5. de ling. Latm.* Domus nomen Graecum est, sicuti & apud Hom.

¶ iud.

Ita d. n. vsurpatur, dicitur si egeat, quod non in bono, & apud Hesiodum in Ergis, in appellatione dicitur. Ac domus dicitur vel domus a dno ortum habet quod est edificatio: quare non potest edificari & dominium trahinde villa similicudo, cum nec qui edificat, ideo dominus dicitur, imo potius edificatum in alieno, cedit domino soli, Vlpian. l. 5. redemptores. 40. de rei vind. lib. 6. P. tit. 1. Itaque si dominium dicitur facultas, qua possumus in aliqua re quippiam: uti potestas in seruorum persona dicitur dominium, a Paulo l. potestatis, 215. de verborum signific. lib. 50. P. tit. 17. libro singularium ad legem Favianam. Et in persona magistratum, imperii, cuius potestas, quod pertinet ad eius retinendi facultatem, dominio rei sue similis dicitur, ab Vlpiano l. qui furere, 20. de stat. hom. lib. 1. P. tit. 5. Sic qui si sibi soli habere rem potest, sine communiione, dominium habere dicitur: & significantius proprietarius dicitur is, cuius potestati res magis accedit. Siquidem Proprium dicitur, quod magis prope nobis est, peculiareque cuiusque: & ut in summa dicam, quod vni soli conuenit, c. 1. de patr. pot. lib. 1. f. 1. l. omnes populi. de iust. & in. Et ita proprium solum labolenus Iurisc. dicit, l. proprium solum, 5. com. pred. lib. 8. P. tit. 4. quod commune non est cum socio. Hinc & proprietatis eius esse dicitur, cuius sola est res, quod plus sit rem habere, ex qua vsus fructus, quam ipsum vsu fructum: unde & proprietatis pra re ipsa, si in dominio alicuius non sit, ponitur a Iustiniano, l. hitorum, de rerum diuis. lib. 2. Inst. tit. 1. Et ideo Vlpianus, l. si v. certo, 5. si duobus, commod. lib. 13. P. tit. 6. tradidit, duorum vnius rei in solidum dominium esse non posse, quod Tryphonius in hereditate, l. 19. pater, de cast. pecul. lib. 49. P. tit. 17. probat: nisi pro indiuiso, iuris tantum intellectu, non diuisione corporum, quis plures esse dominos eiusdem rei admittat cum Papiniano, in l. Manius, 68. §. duobus testamentis, de legatis 2. lib. 3. P. tit. 1. Quo tamen casu adhuc & quaeque sociorum retinebit integrum dominium, ut in i. e. seruitutis apparet ex responsis Iurisc. cons. apud Vlpian. in l. 2. de seruit. tit. general. in P. in l. final. com. pred. eo. §. l. vnus ex sociis, & l. per fundum, de seruit. rust. pred. l. Sabinius, communi diuis. in P. cum sociis, lib. 4. Ceterum hoc dominium interdum plenum dicitur, interdum non plenum. Plenum dicitur, quando dominus & corpus rei, & vsu fructum eius habet sibi liberum, Tryphon. in l. cura in fundo, 81. de iure dot. lib. 23. P. tit. 3. & plenum in re potestatem, ut ait Iustin. in §. final. de vsu fruct. lib. 2. Inst. tit. 4. Quod & ex Iustin. l. raptores, 4. §. bona, & §. sequent. de episcopis & clericis, lib. 2. C. tit. 6. constitutione facile colligitur. Sicut plenum dicitur aliquid, si nihil quod eius natura sit, deficit: veluti plenum compromissum Papinian. in l. si cum dico, 26. §. plenum, de recep. arbit. lib. 4. P. tit. 8. dicitur quod de rebus omnibus controuersisue compositum est. Et eo pacto vsus fructus in multis casibus pars dominii dicitur a Paulo Iurisc. cons. in l. 4. de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. id est, dominii & plenae potestatis: non autem pars integralis iuris dominii, quod nihilominus proprie est penes eum: cuius corpus rei est, etsi vsu fructus ad alium pertinet. Quia proprie vsus fructus seruicus est, ut idem Paulus explicat, l. velle dicitur, 25. de verborum signific. lib. 50. P. tit. 1. Mart. in l. de seruit. lib. 8. P. tit. 1. Siquidem vsus fructus, est ius alienis rebus vendi fruendi, salua rerum substantia, eidem Paulo l. 1. de vsu fr. in P. & Iustin. in §. 1. de vsu fr. lib. 2. Inst. tit. 4. ut aperte postea alibi Paulus, l. 1. si ager veltigal, vel emphyteus, petat lib. 6. P. tit. 3. etiam notauit, eos qui in perpetuum, fundum veltigalem, quo fruuntur, conduxerint, non esse dominos.

¶ Verum si quoad fructus percipere alii possunt, potestatem plenam non esse rerum dominis nemo ambigit: redeunte autem vsu fructu redintegratur potestas, si que, ut dicit Theophilus §. finali. de vsu fruct. libro secundo, Inst. iur. civil. tit. 4. §. Iustinianus §. finali. eodem titulo, in Inst. consolidatio proprietatis & vsus fructus. Sic tres illi Caesares, Gratianus, Valentinianus, & Theodosius in l. summa, 3. §. illud, de secundis nuptiis, lib. 10. quinto, C. tit. 9. plenum ius proprietatis concedunt in bonis coniugi, qui non habuit ex priore matrimonio liberos, vel si nati nateve discesserint: ita ut in his nascendi dominii & testandi circum quem voluerit, liberam habeat facultatem. Et absolute proprietatis posita, quando de possessione, & dominio queritur, pro dominio pleno sumitur, ut obseruare licet, plerisque iuris vtriusque locis: ut dum dicunt, prius de possessione, quam de proprietate agendum, ut in cap. primo, de caus. possession. & proprietat. libro primo decret. titulo duodecimo, Vlpianus in l. prima, §. huius autem, uti possidetis, lib. 43. P. tit. 10. de iur. iur. Imperat. in l. si quis condictionis, 25. de locat. libro quarto, C. tit. 10. sexagesimo quinto, & nihil commune habere proprietatem cum possessione, l. natu-

raliter, §. nihil commune, de acquirenda possessione, in P. & sic definitur. ¶ Non si plenum igitur dominium erit, & dicitur dicitur dominium esse in nuda proprietate, & quod ab hoc dominio discedit, erit quasi dominium, & quippiam nobis vile ex rebus alienis. Et ita proprietati, vsus fructus opponitur plerumque, ut in l. raptores, 4. §. de episcopis & clericis, C. in §. bona, & sequent. C. tit. 1. 3. de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. cum similibus, Justin. in §. primo, & §. fin. de vsu fruct. lib. 2. Inst. tit. 4. in iure, nam proprietatis nuda dominie, nullus fructus continetur, ut notat Caius, l. videamus 19. de vsu fruct. libro vigesimo secundo, P. tit. 1. sed tantum ius rei solius, non considerata eius possessione vel vsu fructu distinguit Paulus l. 2. §. quadam, de interd. lib. 43. P. tit. 1. in interd. etorum tractatione, & Imperator Alexander in l. proprietatis dominium, 4. de probationibus, lib. 4. C. tit. 19. vocat proprietatis dominium. Et certe procul dubio dicendum est vnum genus veri domini esse, proprietarii, quod directum dici poterit, eo quod non aliunde pendeat, vel ex alterius rei vsu fructu autem ius, d. cemus etiam fictione quadam & subtilitate iuris, esse dominium. Ita enim Tryphonius l. quamuis, 78. de iur. dot. libro vigesimo tertio, P. tit. 3. nominat maritum in dote uxoris, cuius tamen proprietatis vere uxoris, fructus autem mariti: quod ad subtilitatem legum refert Iustinianus, in l. in rebus, 30. de iure dot. lib. 5. C. tit. 12. duodecima. Proprie autem quasi dominium dicitur, sic enim & Tryphonius appellat in l. cum in fundo, 81. de iure dotium, in P. maritum, penes quem antea dixerat esse rei dotalis dominium, quasi dominium in vsu fructu in dote dato: ratione enim dictionis, quasi, reiecta opinione Accursiana, in dicta l. cum in fundo, ad verbum quasi, quae vult ibi veritatem inde exprimi, ex istius similitudinem dominii, propter commodum fructuum, non verum dominium exprimi. Indicat enim impropria significationem voculae, quasi, & imperfectionem dicti, ut apud Paulum in l. in fundo, 59. de condition. & demonstration. lib. 35. P. tit. 1. primo. Eo modo intelligenda lex Theodosii Imperatoris, l. possessor, 1. 2. de fund. patrimon. libro undecimo, C. tit. 61. dum ait eos, qui patrimoniales principis fundos, & emphyteoticarios possident, esse fundorum dominos: cum tamen vere domini non sint emphyteote, sed illi qui in emphyteosim dant, rei vocentur domini, Zeno in l. prima, & Justinianus in l. 3. in principio, de iur. emphy. lib. 4. C. tit. 66. d. l. 1. si ager veltigal. libro 6. P. tit. 3. Reddam autem rationem, quare vsu fructuarii, vel alii emphyteote, qui in alienatione rerum emphyteoteos liberi non sunt, non mereantur dominionem, quod non possint de his libere disporre in vita, & sub morte: in quibus vera est nota veri domini, qui ita pro modulo voluntatis disponit, §. 1. de lege Fusi. C. in solen. apud Iustinianum, l. 1. C. de sacrosanct. eccles. l. verbis legis, de verborum significarion. l. 1. ad legem Falcid. in P. l. nemo exterus, de Iudais, lib. 1. C. l. in re mandata, Cod. mandata. l. 2. de iis qui sunt sui vel alien. iur. lib. 1. P. vsu fructus autem cum vita finitur, & repetit proprietatem, §. finitur, de vsu fruct. Pan. l. necessario, §. final. de pericul. & commod. rei vend. lib. 18. P. tit. 6. 13. §. final. quibus mod. sim. vsu fructus. Non negari tamen vsu fructus dominium dictum fuisse a Iuliano, in l. qui vsu fructum, 3. §. vsu fruct. petatur, lib. 7. P. tit. 6. Intelligi autem debet, ut sit dominium secundum utilitatem. Nam quia utilitas & commodum dominii proprietatis, ad alium, nempe ad fruente, pertinet, non est reicienda vtilis dominii appellatio, ut plerique, & male quidem mensententia, suadent. Nam ratione directi, & vtile dici potest: sicut in actionibus, vtilem eam dicimus competere ei, qui non habet ius dominii plene cessum, sed ad quem compendium rei pertinere debet: quem ad modum directa competit, cessis plene iuribus, ut vtrumque probat Alexander Caesar in hypothese, in l. emor hereditatis, §. de hereditate veltigal. vend. lib. 4. C. tit. 39. Imp. Diocletian. & Maxim. in l. postquam, l. 7. §. in l. ex nominis emione, §. eodem, C. hereditatis venditae. Neque quicquam prohibet, quin transpositione similitudinis, aliquid alterius nomen non vsurper ratione alicuius, veluti quamuis filium eum dicamus, quem nuptiae demonstrant, l. filium, de stat. hom. in P. ex matrimonio conceptum: nisi dominus tamen, & receptum est, & filium eum dicit, quem adoptatum, totis de adopt. ¶ Et in iure, ne longius abeam, dominium quoddam fictum inueniatur, id est, ratione iuris sine vtilitate adhuc competens, & non ad pra re, vel possessione, quale in legatis traditum esse, quando a die mortis testatoris in legatum recta via transire dicuntur, l. a Titio, de iur. in P. Non enim prodest legatio interim legatum, ad acquirendum quicquam, gloss. in l. vnica, §. in nouissimo, de caducis tollend. lib. 6. Cod. tit. 50. ex re legata.

Dictumque in marii substantiam, l. in rebus, de iur. dot. C. dotem transire, fictione iuris.

ADDITIO.

* Non videtur ea lege Iulianus vsu fructum, dominium appellare propter utilitatem, nam eadem ratione, ubique vsu fr. Dominium dici posset, cum semper utilitatem praestet. Sed improprie Iulianus ibidem vsu fructu appellat dominium: quia iure civili constitutus est: respectu eius vsu fructu, qui a pratore, in fideicommissarium continuatus, aut potius de nouo constitutus fuerat. (Solet enim Prator ut plurimum Iuris civilis subtilitatem temperare, & loco domini, possessionem dare) & huius opinionis confirmanda causa, addo l. si quis, 29. & l. generalis, 32. §. 1. D. de vsu & vsu fructu. leg. Haec ego, Salua bona gratia, & meliore §. C. Praclarissimi iudicio, & explicatione, in trasf. uia notanda censui P. Brederodanus.

De possessione. C A P. 13.

- 1 Dominium coepit a possessione.
- 2 Possessio dominium continet aliquando, & contra.
- 3 Possessio, & proprietates distinguuntur.
- 4 Plena possessio cum vsu fructu.
- 5 Possessionis finitio noua.
- 6 Iuris nomen in antiquis finitionibus possessionis exuberans, cum sit facti, ut probatur vsq. ad 12. numerum.
- 7.9 Possessio a pedum positione.
- 8.10.11 Possessio ab aliis, a sedium positione.
- 12 Possessio proprie corporaliu, non incorporaliu.
- 13 Animus cum corpore in possessione concurrere debet.
- 14 Per nos ipsos & alios acquirere possumus possessionem, & possidemus.
- 15 De diuisione possessionis, vel diuersis modis possidendi, ex iure & facto exuberante.
- 16 De possessione, quae plus iuris, quam facti habet: plus iuris, id est, animi, vel incorporati. & 18.
- 17 Haec possessio civilis.
- 19 De possessione quae habet plus facti, quam iuris.
- 20 De colorata possessione.
- 21 De ea, quae plurimum iuris, & plurimum facti habet.
- 22 De ea, quae nihil iuris habet, & 24.
- 23 Posses quem incumbere possessioni civiliter, naturaliter, utroque modo: non autem dici civilem possessionem.
- 24 Possessio naturalis.
- 25 Possessio mere civilis.
- 26 De possessione vacua.
- 27 Ratione causae, possessio distincta in eam, quae cum titulo, & sine titulo est: & quid titulus.

IN confarinatione Pandectarum, de acquir. rerum domin. titulus, praenotatur titulus, De acquirend. posses. ordo tamen mihi videtur inuersus, de dominio prius, quam de possessione agere. ¶ Quia ¶ dominium a possessione coepisse tradidit Paulus, ex auctoritate Neruae filii in l. de acquirend. posses. lib. 41. P. tit. 2 ¶ Ideo ¶ aliquando possessionis nomine, & proprietates & ius domini venit, sicuti videtur docere Callistratus in l. si de vi, l. 37. de iudic. l. 5. P. tit. 1. dum ait: Si de vi & possessione quaratur, prius cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, explicans per nomen proprietatis, quod de possessione dixerat. Expressius Paulus in l. interdum, 38. de verborum significat. lib. 50. P. tit. 16. interdum, inquit, proprietatem quoque possessionis verbum significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est. Et ita vsurpatur ab Antonino Caesare, l. 2. de probat. lib. 4. C. titulo 19. Quamquam Accurs. in d. l. 2. aliter sentiat. Et Cicero, ad Valerium, is habet, inquit, in Volaterano possessionem. Sicut & apud eundem, idem est ius domini, & possessio corporalis. Quamobrem & plerumque domini nomen possessionem etiam complectitur, ut in l. quoties, 15. de rei vindic. lib. 3. C. tit. 32. si mens loquentis adsit. ¶ Verum ¶ quia saepe accidit, ut proprietates ad alium, & vsu fructus ad alium, & possessio ad alium pertineat, permisceri haec non oportet in propria substantia, ut admonet Venuleius Iuriconsultus in l. permisceri, 52. de acquirend. posses. in P. Arque idcirco Iabolenus, l. questio est, 115. de verborum significat. in P. lib. 50. possessionem distinguit a proprietate, ut quicquid apprehendamus, cuius proprietates ad nos non pertineat, aut non possit pertinere, hoc possessionem appellemus, utque possessio vsus sit, ager autem, proprietates loci. Generalius Vlpianus in l. naturaliter, 12. §. nihil commune, de acquirend. posses. nihil commune habere proprietatem cum possessione dixit, quod intelligi debet, in cuiusque substantia seorsum

considerata, non quatenus in alio subiecto vel extrinseca qualitate concurrere: & ita in alio commune quippiam habere possunt. ¶ Dixit ¶ & Iustinianus l. Rptores, 41. §. bona autem, de episco. 4. & cler. lib. 1. C. titulo 6. plenam possessionem, dum & proprietatem & vsu fructum simul exprimere voluit. ¶ Et ¶ proprie estimarim, possessionem esse actum corporalem in re factum per quem quis facit, vel re ipsa detinet, vel ostendit se velle eandem rem, & quae eius sunt, detinere sibi, vel alteri cuius nomine facit. ¶ Quae ¶ finitio, vt noua, ita diuersa ab illis, quae adferunt interpretes in l. de acquir. posses. in P. Guitel. de Cuneo, & Cyn. in l. licet, C. eod. tit. Alciat. in l. quinq. pedum, C. commun. diuis. Francyc. Riparius tota rub. de caus. posses. a quibus lubens ab eo, quod bona pars illorum, ius, alii adimiculum iuris immisceant: cum tamen ius non sit ex substantia possessionis, sed possessionem vel probam vel improbam reddat, possessione iam praecedente, & existente. Et certe nemo est, qui si syncere possessionis essentiam examinet, non videat eam ob actum, qui interuenit, facti esse, non iuris. Quod & Iuriprudencia declarat frequentibus responsis, l. 1. §. adipsi sumus, & §. si vir, l. possessionem, 15. de acquir. posses. in P. Vlpian. l. 1. §. Scauola, si quis test. l. esse iuss. fuer. lib. 47. P. tit. 4. ¶ Accedit ¶ notatio nominis in argumentum: dicitur namque possessio, 7 a pedum positione, vt vulgo legitur apud Paulum in l. 1. de acq. posses. Cuius lectio firmari potest ex Cicero, 1. Offic. dum ait, Sunt natura prinata nulla, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua uenerunt, venire autem est, pedes ponere. Rursum alibi Philp. 3. hodierno die primum, patres conscripti, longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus. Estque symbolum adeptiois possessionis, pedis positio, eatenus detentionem extendens, quatenus mens intelligit se velle tenere, vt notat eleganter Paulus, d. l. 3. de acquir. posses. Estque possessionis nota subtilitatis, factum illud positionis, vt radis declaratio metis, quae postea determinationem accipit ab expressione voluntatis. ¶ Conuenit ¶ quod scriptum est in Deuteronomio cap. 11. Dei, & in lib. 10. sue cap. 1. Omnis, inquit Deus, locus quem calcauerit pes vester, vester erit. Et facti esse docet etiam alia a quibusdam emendata lectio, l. 1. de acquir. posses. dicentibus a sedium positione dictam possessionem, quasi positionem. Sicut & legi in Pisani Pandectis, ait Alciat. libro 1. disjunct. cap. primo, improbens priorem sententiam, quam irridet etiam Laurentius Valla, libro secundo, antidi. aduer. Pogium: Quia, inquit, neque a Graeco nomine πους pedes pes, apud Graecos fiat, ulla derivatio vel compositio similis, vt pedis, id est, πους, positio, vel positio a pede dicatur. ¶ Quibus ¶ tamen in hoc non subscribo, quando negant declinationem nominis, a πους, fieri non posse, cum ex datiuo πους Graeco, id est, pedibus, & itione Latino existimem componi posse, possessionem, id est, πους itionem. Quando anima duerterim & apud Graecos, per pedum positionem, fuisse etiam symbolum domini vsurpatum: dicunt enim πους πους πους, habere pedem extra, pro eo quod est, non habere vel deici a possessione, extorem vel extorem esse allicuius, vt apud Pindarum in Pythiis, Ode 4. Pythio. Antistrop. vltima,

— quasi δ' ἐμμεν
 ἔτ' ἀναγόμενον,
 καὶ ἀναγόμενον, ἀνάστα
 ἐνδὸς ἔχον πους.

id est,
 aiunt autem hoc esse
 molestissimum,
 praefata scientem (cogi) necessitate
 extra habere pedem.

Sic apud Sophoclem in Philoct.

καὶ τὰ λοιπὰ ἔτο σενίον,
 ἰσως ἀν' ἐπὶ τὸς κλαυμάτων ἔχον πους.

¶ Non ¶ tamen reiicio, quin & possessio a sedium positione etiam, symbolum acceperit: nam qui regiones olim sibi elegerunt, & ibi sedes posuisse dicuntur, vt apud Virgilium primo Aeneid.

Hic tamen ille vrbem Patani sedesq. locatus,
 Teucrorum.

Sicut & in sacris literis etiam, pro ea electione sedium, dicuntur eligentes, tabernacula figere, Genes. 16. cum simil. Erat enim illa fictio, factum corporale in re immobili vsurpanda, similis ratione finis, positioni pedum. Consequitur enim partem aliquam eius, quod quis possidere vult: sicuti pro positione pedum habetur consuetudinis formula, qua modicum terrae possidende rei in

mana

manu accipitur, vel extremitate pallii, quod teneat aliquis, imponitur, vt notat Innocentius tertius in cap. 2. de consuet. lib. 1. decret. tit. 4. Quod de reliquis, quæ traditionis instar sunt, intelligi par est, de quibus Deo fauente agemus in acquisitione, quæ per traditionem fit. ¶ Vnde ¶ liquet, versari in possessione factum corporale, nõ iuris adiniculum. Quod fit utatur adhuc ex eo, quod & possessio sine iure inueniatur: veluti quando iniustam dicimus possessionem, in l. 3. §. ex contrario, & l. iuste possidet, 11. de acquir. possess. in P. & improba, l. improba, C. eod. Erit & sine iure, quando naturalis est sola detentio, vel custodia, & ita apud Paulum, l. 3. §. fin. de acq. possess. & summos pontifices, c. 1. de dol. & contumac. ap. Gregor. & alios, Vlpian. l. ex conducto, 16. loca. l. b. 19. P. tit. 2. l. l. a. l. communi diuidendo, 7. neque, comm. diuid. lib. 10. P. tit. 3. Eoque pertinent verba finitionis, quæ de detentione agunt. ¶ Dico ¶ deinceps in possessione finitione, actum fieri corporalem in ea, quo volo intelligi proportionem ad fabricam, nempe ad corpus, vt proprie corporalia possideri doceam, l. 3. de acquir. possess. cum heredes, 2. §. eod. tit. non vtque incorporalia, Paul. l. sequitur, 4. §. si via, de vscap. lib. 41. P. tit. 3. Caius, l. seruus, 43. §. incorporales de acq. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. in quibus quando eis vtimur & disponimus de eorum negotiis, quandam improprie & quasi possessionem demonstrationis gratia constringimus, quemadmodum apud Vlpianum in l. 3. §. fin. de vi & vi arma. lib. 43. P. tit. 15. & in l. si quis diturno, 10. §. seru. vendi. lib. 8. P. tit. 5. legitimus. ¶ Verba autem illa finitionis, Vel ostendit se velle eandem rem, & quæ eius sunt detinere: admonet duo, primum, & animum cum corpore, Paul. in l. quemadmodum, 5. & l. 3. de acq. possess. in P. In nemo, C. eod. tit. l. 1. §. adipiscimur, eod. in P. in possessione assequenda requiritur sum, necessarium non esse, omnem rem, vel omnes rei partes, retinere: sed sufficere, si aliqua pars eius totius l. 3. de acquir. possess. rei determinatæ d. l. 3. §. incertam partem de acq. posse. in l. locus, 2. 6. eod. tit. & in l. si fur, 2. §. incertam, de vscap. lib. 41. P. tit. 3. nomine, apprehendatur. ¶ At verba ¶ illa, vel ubi, vel alteri, indicant possessionem non solum per nos ipsos, sed per alios nostro nomine, nobis acquiri posse, neque factio nostro solum, sed & alieno: vt in iis apparet, qui per se acquirere possessionem nequeunt, quia affectionem non habent, veluti infans, furiosus. Interdum & ex causa, ex quibus per alios quærimus ignorantes, possumus acquirere possessionem: veluti ex causa peculii, l. 1. de acq. possess. lib. 7. C. tit. 2. l. per procuratorem, 8. eod. tit. Paul. in l. 1. §. item acquirimus, de acq. possess. Vlp. in l. quicquid, 4. l. quod seruus tuus, 24. eod. tit. Celsus l. quod meo, 18. l. possessio, §. 1. eod. tit. ¶ Porro ¶ quod ad possessionis species pertinet, cum vnum certegenus sit possidendi, eas vt infinitas, Paul. l. 3. §. fin. de acq. possess. persequi, par non est: cum potissimum differentie non sint inter illas substantiales, sed ex modis possidendi oræ, vt tot sint, quot sunt genera acquirendi, d. l. 3. §. fin. de acq. possess. Et ita erunt accidentales distinctiones. Quas ita breuiter complectuntur, gl. in l. 1. in verbo, interuenit, de acq. hered. C. gl. in c. cum nostris, c. 8. in verba, plus habet facti, de concess. prabend. ap. Gregor. In §. in l. si is qui pro emptore, de vscap. in P. vt alia sit possessio, quæ habeat plurimum iuris, alia, quæ plurimum facti: alia, quæ & facti & iuris æque habeat. Sic exaudiendus Constantinus, in l. nemo ambigit, l. 10. de acq. possess. lib. 7. C. tit. 3. 2. dum ait, [nemo ambigit possessionis duplitem esse rationem, id est, causam duplitem esse, vel modum & causam generaliter possidendi: aliam quæ iure consistit, id est, quæ iure traditur: aliam corpore, id est, in qua plus facti sit:] Addo autem ego membrum aliud, vt alia sit possessio, in qua nihil iuris sit, & ita omnes species continebuntur, eritque perfecta & plena distinctio: dummodo & quinto loco possessionem factam a iure intellectam sine actu corporali expresso, dicamus. Et sexto neutrius specie, scilicet vacuam. ¶ Plus ¶ iuris possessio habet quam facti, quando plurimū ex iure mutatur, vt ait Iulius Paulus, l. possessio, 49. de acquir. possess. in P. Et ita possessio non tam corporalis, quam iuris est. Iuris autem plurimum, quando ius factum alioquin debile ad quærendum, roborat: vt quando statuit, factio alterius, nempe procuratoris, vel administratoris, tutoris vel curatoris, alteri possessionem acquiri, d. l. possessio quoque, 49. de acquirenda possess. Paul. l. 2. pro solut. lib. 41. P. tit. 4. Accedit, vt ea plus iuris habeat apprehensio in rebus, quæ ob sui naturam vel magnitudinem corporali modo, vt alia immobilia apprehendi non possunt, & lex & ius ex titulo possessionem dat, cum modico æquipollenti actu corporali: veluti dum aceruus lignorum venditur, vel vini amphoræ: ibi enim quæritur modico factio possessio, veluti data custodia visu, qui corporalis est, traditione, & similibus: in quibus quia magis animus agentium exu-

berat, & animo apprehendi possessio dicitur a Iabolo, in l. quarrendam rerum, 5. 1. de acquir. possess. in P. & ab animo fit denominatio, non quod solus sit sine facto, sed quia præualeat. Non secus ac in contractuum formulis dicimus, alios re, verbis alios, alios literis, alios consensu fieri. §. si de obl. lib. 3. Inst. tit. 14. Pau. l. 1. §. 1. de actio. lib. 44. P. tit. 7. eo quod in aliquibus magis res inspicitur, in aliis quod dicitur, in aliis scriptura, in aliis consensus, vt in contractuum tractatione Deo fauente dicemus. Et ita prædominante fieri denominatio, l. quaritur, de stat. hom. lib. 1. P. atq; possessio plus animi, quam facti habens, animo fieri dicitur, & facti tamen habet substantiam. Nam si omnino a iure penderet ius illud, nõ possessio bonorum, sed potius bonorum possessio dicenda, quæ iuris magis, illa autem corporis, vt ait Vlpianus, l. 3. de bono. poss. lib. 37. P. tit. 1. ¶ Neq; ¶ aberrabimus, si dicamus hanc possessionem, quæ plus iuris habet, esse civilem, cuius seruus capax non sit, Vlp. in l. stipulatio ista, 38. §. hac quoque, de verb. oblig. et si capax naturalis: Eo quod quantum pertinet ad ius civile, pro nullo habeatur, l. quod attinet, 33. de reg. iur. lib. 50. P. Et ideo alio tenere, quod naturalem dicitur habere possessionem, aliud possidere sc. iure civili. ¶ Sed ¶ & notandum est, aliquando plus iuris, id est, incorporæ substantiæ in esse possessioni, l. 1. de re. iuris. in P. post adeptione eius, quam fuerit in ipsa adeptione. Si quidem in adeptione, vt dictum est, & corporale factum, & animus exigitur, cum tamē illa retineri animo solo possit, vt rescripterit Cætares Diocle. & Maximi, l. licet, 4. de acq. possess. C. & Paul. l. qui vniuersus, 30. §. quod per colonum, de acq. possess. in P. Quod certe, si rem seruo perpedamus, est potius ius possessionis, quam possessio: hoc est, id potius erit, quod per possessionis legitimam & iustam assecutionem quæsitum est. Sic enim mea sententia intelligenda sunt iura, l. peregret, 44. de acq. possess. l. non ideo minus, 5. de libe. cau. lib. 9. tit. 16. l. si ea res, 32. §. 1. de actio. empr. l. si quis ad se fundum, C. de vi pub. cum similib. quæ meminerunt de iure possessionis. Ius quippe ex facto oritur, & in causa ius positum, vt monuit Alphensius Iuriconsultus, l. si ex plagio, 53. §. in clino, ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 3. & ex facto pacti, ius etiam nascitur, vt dixit Paulus in l. si vnus, 28. §. pater ne pateret, vers. sed si pactum, & vers. quod & in specie, de pact. lib. 3. P. tit. 14. Et ideo quia hæc retentio civilis non indiget corporis ministerio, vel facto alto, accidit vt a diuersis, diuerso tamen modo, res eadem possideri possit in solidum, Paul. l. si duo, 3. vt possid. lib. 43. P. tit. 16. scilicet animo, corporali detentione apud alium existente, veluti in deposito, l. licet, 17. de pos. lib. 16. P. tit. 3. & commodato: l. rei commodata, 8. cum l. seq. commod. lib. 13. P. tit. 6. apparet melius, & expresse in precario apud Pomponium, in l. & habet, 15. §. enim qui, de procu. lib. 43. P. tit. 25. alio ita iuste animo, alio iniuste corpore decinente. Si quidem nec naturalis possessio, apud diuersos vel iuste vel iniuste eiusdem rei esse potest simul & eodem tempore, neq; vna eadem civilis, vt ait Vlpianus, l. si vt certo, §. si duo, l. si duo, comm. lib. 13. P. Paulus, l. 3. ex contrario, de acq. possess. in P. & Iulianus, l. duo in solidum, 19. de preca. in P. ¶ Porro ¶ possessio, quæ plus facti quam iuris habet, sua etiam habet exempla: veluti quædo nos ipsi corpore & animo nostro eam nanciscimur, & ius quidem eam probat, sed nihil præter naturam possessionis fingit, vt in l. 1. §. 3. de acquir. possess. in P. Est & aliud exemplum, si cum titulo quidem a iure probato, res possidetur, sed aliunde prohibeatur detentio, propter incapacitatem personæ, vel aliud iuris impedimentum: Ea enim tunc plus facti, quam iuris habere dicitur, cap. cum nostris, c. 6. §. auditor, de concess. prab. lib. 3. decretal. tit. 8. ¶ Potest ¶ & dici huius generis possessio colorata. Nam sicut annotat communis interpres ad Pragmatic. Sanctio. gl. in §. 1. in verbo coloratum, de pacifi. poss. in pragmat. sanctio. & Abbas Panormita. in c. cum nostris, col. fin. de concess. prab. Ludou. Gomes, ad reg. de trien. pass. g. 27. post Calderinum, Anton. & Immol. quando defectus potestatis non est in conferente titulum beneficii, nec inducitur priuatio a iure vel ab homine, talis possessio dicitur colorata. Meminit & inter Iuriconsultos de colore & titulo possessionis vel traditionis, Marcellus in l. Sulpitius, 50. de donat. inter vir. & vxor. lib. 44. P. tit. 1. Sed & ea plurimum facti habet, quæ continuationem vltus postulat: quæ exigitur in præscriptionibus, vt me docuit Papinianus, l. denig, 19. ex quib. caus. maio. lib. 4. P. tit. 6. ¶ Plurimum ¶ iuris & plurimum facti dicunt possessionem habere interpretes eam, quæ per procuratorem quæritur nobis ignorantibus, & tamen non quæritur vfucapiendi per eam acquisitionem facultas, l. 1. C. de acquir. hered. l. 2. pro solut. lib. 41. P. differens ab ea quæ plus iuris habet quando in causa peculiari tatum datur etiã vfucapiendi occasio. ¶ Nihil ¶ iuris habet possessio ea, 22

quando iure non probatur detentio, vel quando ex detentione ius possessionis non nascitur. Ita qui iniuste rem alterius occupat, possidet quidem, naturali detentione: sed quod ad iuris utilitatem, tenere potius solum, quam possidere dicitur ab Vlpia. in l. 1. §. quod ait prator, quorum leg. lib. 4. §. P. tit. 3. Estque istius ordinis male fidei detentio, quæ tamen possessio dicitur, l. 3. §. fin. de acquir. poss. Similiter ea quæ improba quæque iniusta, quæ sine præcedente titulo, quæ ius non dat, vt aiunt CC. Diocle. & Maximi. l. improba, 7. de acquir. poss. lib. 7. C. tit. 3. 2. item ea quæ violenta, & clandestina est, apud Vlpianum, l. clam possidere, 6. in princ. §. §. fin. de acquir. poss. in P. l. 1. §. tot. tit. de vi & vi arma. Existimatur in iure vsusfructus habere tantum possessionem naturalem ab Vlpiano: quia quod pertinet ad ciuilem, non dicantur possidere vsusfructuarii, l. natur. aliter, 1. 2. de acquir. poss. in P. Caius, in l. acquir. titur, 10. de acquir. rer. dom. l. 4. P. tit. 1. Martia. l. sciendum, 15. qui satisd. cog. lib. 2. P. tit. 7. Neque etiam is qui rem accipit, si non habeat animum possidendi, possessor dicitur, l. 1. §. per procuratorem, de acquir. en. poss. Et qui aliis possident, & aliorum nomine, ratione quidem iuris possessores non dicuntur, Valenti. & Valentin. in l. 2. C. de præf. 30. vel 40. annor. lib. 7. tit. 39. verum ratione facti, & naturalis detentionis tales dici possunt secundum Pomponium, in l. scolonus, 31. de acquir. poss. in P. & Alexandrum Cæsarem, l. 1. commun. de vsu-
 23 cap. lib. 7. C. tit. 30. ¶ Quamobrem ¶ oportet inde annotare, posse aliquem & ciuilitate aut naturaliter, vel vtroque modo, incumbere possessioni, veluti monuit Vlpia. in l. 3. §. si ad exhiben. lib. 10. P. tit. 4. §. l. 1. §. deicitur, de vi & vi arma. lib. 4. §. P. tit. 15. non tamen dico possessionem ciuilem, cum facti & corporis dixerimus, sed posse etiam incumbere ciuilitate, & ciuilitate possessionis ius haberi.
 24 ¶ Ad naturalem ¶ etiam pertinet possessionem, ea quæ precaria dicitur, quam quis habeat quando tradenti placuerit, l. §. habet, §. cum quis, de precar. in P. l. in rebus, §. meminit, §. l. certe, §. is qui rogant, eod. tit. l. si quis ante, de acquir. poss. pertinet & ille ingressus, qui iure familiaritatis in prædio amici conceditur, qui sine animo possidendi fit, vt ait Paulus, l. qui iure familiaritatis, 41. de acquir. poss. ¶ At possessio ¶ quæ solum ex iure pendet, mere ciuilis appellari potest, in qua ius ciuile rem transfert sine corporali facto, operaturque retinendi potestatem; licitam, legalem, vel legitimam dicere possumus: veluti conuentio legitima dicitur ea, quæ ex lege tantum vim habet, l. legitima conuentio, de pact. lib. 2. P. tit. 14. Huius exemplum, in suis liberis, qui continuare vel assequi possessionem bonorum paternorum, statim a morte patris sine aditione dicuntur, Pap. l. in suis 11. de lib. & posthu. lib. 28. P. tit. 2. Caius, l. in suis, 14. de suis & legit. hered. lib. 38. P. tit. 17. Quod ex consuetudine generali Galliarum, tractum est ad omnes heredes, qui non egeant corporali aditione, sed mortuus possessionem censeatur dare heredi, quod dicunt, le mort saisi le vif. Ad quam consuetudinem edidit commentaria D. Andreas Tiraqueus. Et de illa fere omnes consuetudinarii tractarunt, Boerius in consuetud. Bitur. tit. de testam. §. 6. Ioan. Faber. in suis heredes, de here. quali. & differ. Guil. Bened. in repet. c. Rainutius, in ver. mortuo. Bart. Chass. tit. de successio. §. 1. in comment. consuet. Burg. Quæ certe possessio mere ciuilis, & potius quam ea quæ a iure ius defertur, quæ proprie continuatio possessionis, quam habebant viuente patre, dici potest, vt ait Paulus, in l. 2. §. si pro herede, lib. 41. P. tit. 6. ¶ Postrema
 26 ¶ autem possessionis species, vacua dicitur, quam ex initio esse, veluti subiectum dispositum ad recipiendum modum possidendi, vel ciuilem, vel naturalem, iuste vel iniuste, quando scilicet res, nec animo, nec corpore alicuius tenetur, vt notat & firmat exemplis Accursius, in l. si in verbo vacuum, vnde vi, lib. 8. C. tit. 4. & in l. non iudico, in verbo, in vacuum, de fid. instrum. 4. C. lib. tit. 31. & in l. improba possess. in verbo, in vacuum, de acquir. poss. lib. 7. tit. 32. alioquin enim si quis alius possideat, vel animo vel detentione corporali, vacua non est possessio, vt ait Paul. Jurifconf. l. 2. §. 1. in iud. l. eq. de actio. em. lib. 19. P. tit. 1. Huius generis erunt possessiones bonorum vacantium, l. 4. §. toto tit. de bon. vacan. lib. 10. C. tit. 10. & de serutorum, l. 1. §. toto tit. de omni agro deser. lib. 11. C. tit. 58. Similiter eaque nullius sunt, quæ vt vacua primo occupanti cedunt, Caius in l. 3. §. §. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1. §. fere bestia, de rer. di. lib. 2. Infit. tit. 1. Sunt huiusmodi res diuini iuris, & sacra, l. 1. de rerum diu. lib. 1. P. tit. 8. §. nullius, §. Sancta, eod. tit. apud Iustin. facit tit. ne quid in loco sacro, Paul. l. qui vniuersas, 30. de acquir. poss. in P. & quæ publicæ sunt, l. 1. §. l. in tantum, 6. de rerum diu. lib. 1. P. tit. 8. cum siml. aliaque quæ extra commercium sunt hominum, quarum vacua possessio, quia nullus possideat proprie, sicuti Vlpianus vacuas dicit tabulas, in quibus nihil

scriptum reperitur, Vlpia. in l. sibi na, 11 de iniust. sup. lib. 28. P. tit. 7. Et ex his absoluta patet possessionis distinctio, ratione quorum quis possessor dicitur, & possessionum competet remedium. ¶ Ceterum, ¶ ratione causæ, quæ ius possidendi tribuit, dupliciter quis possidere dici potest: vel cum titulo, vel sine titulo. Est autem titulus, inscriptio vel compendiarie significatio, & signum, cano. consuetudo. 16. quæst. 6. mains aliquid demonstrans. Ad quam finitatem omnes tituli variae acceptiones referuntur, de quibus interpretes tractant: glo. in c. fin. de offic. archiep. in verbo, titulus. glo. in c. dudum, in 4. de election. in verbo, in titulatam, lib. 1. decretal. dicerent Graec. de iur. quæst. §. titulus, de manda. princ. in auben. colum. 3. tit. 3. l. 2. & tot. tit. vt nemo priuat. tit. præd. affig. §. c. eod. lib. C. tit. 15. C. tit. 16. l. 1. de iis potentior. nomi. tit. præd. affig. §. c. eod. lib. C. tit. 15. Quamobrem causa ex qua sustinetur, vel conceditur, vel nominatur possessio, dare titulum dicitur possessio: si ique iustus in omni possessione ad præscribendum requisita desideratur, c. si diligenti, de for. compet. l. penult. de vsuca. pro herede lib. 7. C. tit. 29. l. nulla, C. de rei vind. diuturna, C. de præscrip. long. temp. l. Celsus, de vsucap. in P. vt postea Deo fauente in vsucapione explicabitur. Eo referuntur rubricæ, & earum leges: Pro soluto, l. 1. pro solut. lib. 41. P. tit. 4. quando rem in solutum datam tenemus: Pro emtore, quando ex vera emtione sequitur traditio, Paul. l. 2. pro emt. lib. 41. P. tit. 5. vel ex negotio emtione proximo, Caius l. 1. & Vlpia. l. 2. eod. dummodo emtio iure approbetur. Nam illicita, vel rei inalienabilis emtio, non dat titulum, l. 1. 2. §. fin. de vsucap. pro emto, lib. 7. C. tit. 26. Item pro transactione, quando ex causa transactionis possidet, l. pen. eod. tit. C. de vsucap. pro emto. Pro herede, quando extraneus, non suus l. 2. C. de vsucap. pro here. lib. 7. tit. 29. l. 2. §. fin. eod. tit. P. vere institutus post mortem, & non in vita l. 1. pro herede in P. l. 3. C. eod. tit. restatoris, res hereditaria, vel heres, possidet. Cui affuit possessio bonorum a prætoribus concessa, Vlpia. l. pro herede, 11. de petit. hered. lib. 5. P. tit. 3. §. sequens, de interdict. lib. 4. Infit. iur. ciuil. tit. 15. dicitur. Quod si quis alioquin donationis capax, ex ea causa possideat, pro donato possidere dicitur a Paulo l. 1. pro donato, lib. 41. P. tit. 7. l. 1. C. eod. lib. 7. tit. 27. Et si occupetur res ablegata omnino ab alio, sequitur titulus, pro derelicto, & similis nominis possessio, tot. tit. pro derelict. lib. 41. P. tit. 8. Eadem dicenda de alio, vt pro dote, tit. pro dot. lib. 41. P. tit. 10. & de vsucap. pro dote lib. 7. C. tit. 28. pro legato, tit. pro lega. lib. 41. P. tit. 9. pro suo, tit. pro suo, lib. 41. P. tit. 11. His accedit possessio prætoris, quando auctore prætoris quis possidet: iuste enim possidere dicitur, secundum Paulum, l. iuste, de acquir. possessio. in P. potissimum quando index non quidem ex primo, sed ex secundo decreto, iubet rem non contentis de damno infecto, possideri, Paul. in l. 4. §. fin. & Iulia. in l. sed si res, §. commun. diuid. lib. 10. P. tit. 3. l. 2. si ex noxa. caus. aga. in P. vel per ad iudicationem, §. fin. de pub. iud. lib. 4. Infit. l. 2. §. fin. & l. 3. §. 4. fini. regim. in P. vel per assignationem §. 1. de assignat. libertor. l. 1. eod. tit. P. vel per adiectionem, §. 1. de eo cui liberta. caus. bon. addicunt. l. 2. de fideicommiss. liberta. in P. sicuti & titulus possessionis pro ius accrescendi, l. qui parit, de acquir. hered. in P. non fecas quam ex institutione possessioni accedere potest, §. fin. de hered. qualis. & differ. apud Iustin. Sine titulo possidens, dicitur simpliciter pro possessore possidere, quando causa nominata vel expressa rei donatæ inter coniuges, quæ, quia nullo titulo donationis iure probatur, in l. 2. 3. de donatio int. vir. & vxor. in P. l. donationis quas parentes, C. eod. tit. facit possessorem detentorem pro possessore, Vlpia. in l. quod vxor viro, 16. de acquir. poss. in P. & in l. nec vllam, 13. §. item in titulo pro donato, de petit. hered. lib. 5. P. tit. 3. Sic etiam & præd. dicitur pro possessore possidere, Vlp. pro herede, l. 1. 1. & in l. nec vllam, §. omnibus, de petit. hered. in P. sequens, de interdict. lib. 4. Infit. iur. ciuil. tit. 35.

Dererum diuisione, ratione domini, & possessionis: & parasceue ad sequentem librum.

CAP. 14. 2 In 1. lib. P. & Vile ob Wesenb. & Iustian Meyerum

1. Rerum diuisio, diuini iuris res, ibid.
- Humani iuris res, ibid.
2. Sacra res quæ sint.
3. Templum quare Græciæ iure, & vnde.
4. Tempia quare olim dicta sancta, ibid.
- Tempia quæ adque desunt esse sacra.
5. Sacrum per translationem, sacrum dici patrimonium principis, ibid.

§ Religio.

- 8 Religiosa res qua sint.
- Sacra & religiosum quandoq. confundi, ibid.
- Religiosum quid sit, ibid.
- 6 Sancta res qua sint.
- 7 Humani iuris res, quaedam sunt pure, quaedam profana. Profanum quid sit, ibid.
- 8 Publicares qua dicantur.
- 9 Res que in nullius bonis.
- 10 Res que sint natura communes.
- 11 Quibus ex causis discessum fuit a communione.

Explicata ratione proprietatis & domini, sequitur ut distinctiones rerum que in illis variæ sunt, tradamus. Res itaque, hac diuisione ponitur in l. 2. 3. 4. de re. di. lib. 1. P. tit. 8. aut diuini aut humani iuris sunt, hoc est, vel sunt in Dei vel diuorum, vel in hominum iure, dominio, aut possessione: corporales aut incorporales. ¶ Diuini iuris, res sacra, religiosæ, sanctæ: que in nullius videlicet hominis dominio sunt, l. 1. de re. di. in P. §. nullius. eod. tit. apud Iustin. §. sanctæ, eod. ¶ Humani iuris, aut publicæ, aut priuatae, aut nullius, l. 2. de re. di. ¶ Publicæ, aut communes omnium, aut vniuersitatis, §. 1. 2. 3. 4. de re. di. in P. §. nullius. eod. tit. apud Iustin. §. sanctæ, eod. ¶ Priuatae, quæ ex his quæ nullius sunt, singularum sunt. ¶ Nullius, sunt non occupata, hereditates non aditæ, & similia. ¶ Sacra res sunt, quæ publice dedicatæ sunt, vel in ciuitate, olim principis aut populi, nunc pontificis auctoritate, Marti. leg. in tantum, 6. §. sacra, & Vlpia. l. sacra loca, 9. de re. di. ¶ Macrobr. lib. 3. in som. Scipi. c. 3. & Gellius. Et sacra quaedam publica & priuata, a Paulo Iuriconsulto constituantur, l. sacrilegii capite, 9. ad l. l. pecul. lib. 43. P. tit. 12. Matthæi 19. 3. Regum 7. ¶ Templaturis diuini & sacra sunt, quia inibi domus Dei, Exod. 34. Deut. 7. 12. 16. Idque moment tituli, De sacrosanct. eccles. & de consecra. ecclesiarum. Erant & pro templis consecrata olim memora, luci potissimum apud idololatrias. Nec alia templa fuisse Germanis antiquis quam memora a scribit Corn. Tacitus, lib. de morib. Germanor. Et Grecis ied. v. Iulius Pollux, lib. 1. onomast. c. 1. templum dicitur, quasi sacrum. Et videri, sicut & de vobis & de vobis deus, quod in ipso Dei, ut ipsi plures falso putabant, habitarent. ¶ Et ¶ Quæro, de lin. Lat. 5. fana templa dicta notat, quod consecratio ipsa, pontifices locuti seu fati finem fecissent. ¶ Quare & templa, sacra res sunt, & per pontifices Deo consecrata: quæ desinunt esse aliquando sacra, l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. in P. & sunt profana per euocationem sacrorum, l. sacra, 9. §. 1. de re. di. in P. Macrobr. lib. 3. c. 8. si liberentur sacris vel per conuentionem a pontificibus, Cicero pro Murena, vel si ab hostibus capiuntur, l. cum loca, 36. de relig. & sum. fune. lib. 11. P. tit. 7. Translatio porro fit appellationis facri ad pleraque alia, vt ad patrimonium principis, text. §. glo. in §. abripit, vt omnes obe. iudic. proin. in aubent. l. 1. de inditio. lib. 10. C. quia & consecratur princeps, & vngitur, can. 1. §. vnde, de sac. vnti. ¶ Religiosæ res erant, quas quique priuatis pijs vibus consecrabat, vt si sepulcrum facerent, §. religiosum locum, de re. di. l. 2. de reli. & sum. fun. in P. hodie tamen non licet priuatis sine auctoritate Episcopi facere locum religiosum, c. abalende, de sepultur. Sunt enim Christianis publica cœmeteria consecrata. Dicuntur & religiosæ domus, quæ & sacra, ut de relig. domib. Atque istæ appellationes sacri & religiosi confunduntur aliquando, quia & erga Deum religio dicta est, l. vt vim, de inst. & iur. Et Massurius Sabinus, religiosum esse dixit, quod propter sanctitatem remotum ac sepositum a nobis est, vide late Gellius, lib. 2. not. Atticor. c. 9. ¶ Sanctæ res sunt quæ ab iniuriis hominum defensione atque mutua sunt, l. sanctum est, 8. de re. di. §. sanctæ, eod. apud Iust. ¶ Quales portæ, muri ciuitatis, quorum violatoribus capitalis dicta est pœna, l. fin. de re. di. Sic & sancti legati, & ab omni iniuria tuti, l. si quis legatum, 17. de legat. lib. 5. P. tit. 7. Et hæc pauca nunc pro sacrarum, religiosarum, & sanctarum rerum explicatione sufficiant. Plura enim tradimus paulo post, & in criminibus, titulo de sacrilegiis. ¶ De rebus ¶ humani iuris ideo agemus strictius: humani iuris sunt, quæ in consortio hominum sunt, diuini enim iuris nullius in bonis sunt, §. nullius, de rerum diuis. Par. l. 1. eod. tit. in P. cap. semel, cap. 51. de regu. iuris in 6. l. inter stipulantem. §. sacrum, de verborum obligat. can. ligna. cap. vestimenta, de consecrat. distinct. 1. Quæ humani iuris sunt, & pure res dici possunt: ita locus prius, qui neque sanctus, nec sacer, neque religiosus est, l. 1. §. prius, de relig. & sum. fun. l. 1. de mort. infer. in P. ¶ Profanarum quoque quasi procul a fano, & a rebus templorum, Varro lib. 5. de ling. Lat. dicitur. Et profanum id

proprie Trebatius dici ait, quod ex religioso vel sacro, in hominum vsum proprietatemque conuersum est, Macrobr. lib. 3. Saturnal. cap. 3. ¶ Publicæ res, quasi populicæ, & publicum, quasi populicum, quod omnibus patet, Iustin. in §. consequens, de susp. iuro. lib. 1. Inst. tit. 26. §. 1. de public. iudic. Vlpian. l. 1. §. consequens, de susp. iuro. lib. 26. P. tit. 10. Vlpianus publica existimat, in l. 2. §. publici loci, ne quid in loco. publi. lib. 43. P. tit. 8. quæ publico vsum destinata sunt, vt areas, insulas, agros, vias publicas, itinera publica. Sic & des sacras vocat publicas Philippus Imperator, l. acceptam, C. de usur. lib. 4. tit. 32. ¶ Item ¶ nomine publicarum rerum, res vniuersitatis dicuntur, siue municipii cuiusque ab Vlpiano, in l. 1. quod cuius vniuersi. nom. lib. 3. P. tit. 4. Nam municipibus ad exemplum reipublicæ, permixtum est habere arcam communem, resque alias communes, d. l. 1. §. quibus permixtum, quod cuius vniuersi. nom. Proprietatem publicam, ad statum rei Romanæ pertinere dicitur, & populi Romani, Vlpian. in l. bona ciuitatis, 15. & l. eum qui veltigal, de verborum signif. §. fina. de inst. & iur. l. 1. §. huius studii, eodem in P. ¶ Quare & fiscus, qui pecuniis vectigales populi colligit, publicas pecunias dicitur habere, glof. in l. in prouinciis, in verb. fiscalis, de numerat. & actuar. lib. 12. C. tit. 50. vt & res fiscales, res imperii dicuntur, §. res fisci, de usufr. & proprie principis, qui pro republ. inuigilat, l. 2. §. 2. ne quid in loco. public. in P. & vt quæ militibus pro republic. vigilantibus assignantur, communem causam & publicam habere videntur, l. L. cuius, de emittio. in P. l. ita verberatus, §. fina. de rei vindic. P. Sic latius patet publicum, quam vniuersitatis. Et publica dices flumina, vias regias, & publicas, portus, & similia, quæ vndeque venient populo vsum communicant, l. flumina, de rerum diuis. ac vniuersitatis dices ea tantum, quæ communia sunt solum municipibus eius loci vel ciuitatis, vt stadia, theatra, pascua, memora, & id genus similia, Mart. in l. tantum, §. vniuersitatis, de rerum diuis. quæ tamen singularum, vt singularum non sunt, sed singularum municipii, vt vniuersitatum, id est, quibus nullus ex municipio, vt bonis propriis potest vt, vt alios prohibere possit, sed quibus vtatur, vt communibus, l. sunt, §. 1. quod cuiusque vniuersi. Vniuersitas ita rerum, & res & intra continebit ex sententia Vlpiani, in l. item veniunt, 20. §. fina. de petit. her. lib. 5. P. tit. 3. Eritque congregatio, videlicet rerum, vel personarum, vel iurium, quæ vnum quid faciat. Neque dicitur vniuersitatem possidere, qui separatas rei partes possidet, Fabol. in l. eum qui ados, 23. de usufr. cap. lib. 4. P. tit. 3. Et vniuersitatem tantum possideri, non singulas partes dixit Paulus, in l. 2. §. cum scint, verfici. 1. pro emtor. in P. lib. 41. tit. 5. ¶ Res ¶ quæ nullius in bonis sunt, diuini iuris sunt, vt dixi, ab hominum commercio exemptæ, l. 1. de rerum diuis. in P. §. nullius, eo. apud Iustin. Sunt & alia quæ hominibus communia contingere singulis possunt, & tamen nullius sunt: vt aer, aqua profluens, mare, littora, Martia. in l. 2. §. 4. & Flor. in l. 3. de rerum diuis. §. 1. 2. 3. 4. eod. tit. apud Iustin. hereditas quæ nondum adita est, l. 1. de rerum diuis. l. eius qui, de reb. credit. in P. ¶ Ferunt ¶ quoque, natura omnia fuisse & esse communia, id est, omnibus vtenda communium vsum proposita, & iure naturæ & diuino. Cuius rei exstant vestigia apud Iuricons. qui feras captas & euadentes, pristinam libertatem naturalem recipere aiunt, cap. 1. & can. ius naturale, 1. dist. can. quo iure, 8. dist. Anacars. episc. vlti. ad Cresim. Et Cicero dicebat, sunt priuata a natura nulla, 1. offic. ¶ Sed ¶ nos de his plura, & de necessaria diuisione communis in 3. lib. præladior. optimi Iuricons. c. 4. & sequentibus. Quare hic plura non subiungam. Præterquam, quod paucis accipies, ex illa communione necessario perueniam fuisse iustis de causis ad diuisionem: primo, quia communio rerum patere solet discordiam, Cuius, l. naturalem autem, 5. de acquir. rer. dom. lib. 4. P. tit. 1. §. feras, & §. naturalem, de rerum diuis. apud Iustin. dehinc, quod Communio habeat rerum gerendam difficultatem, Papin. in l. cum pater, 79. §. dulcissimis, de leg. 2. & naturale vitium est, negligi quod communiter possidetur, Vlpian. in l. qui neque, 1. de reb. eor. qui sub iur. lib. 27. P. tit. 9. vt que se nihil habere, qui totum non habet, arbitretur: denique, quam quoque partem quis corrumpi patitur, dum inuidet alienæ, l. 2. quan. & quibus quar. pars de bea. lib. 20. C. tit. 34. Exemplo sunt illi quantumvis probi viri, Abraham, & Loth, qui diu in communione viuere nequierunt sine iurgis, Genes. 13. neq; Iacob cum socero Labano, Genes. 30. Tertio, & habemus auctorem sapientissimam diuisionis, Deum, qui piscibus aquam, a uibus aërem: aliis terram, pro diuersa diuisit natura:

diuisit & gentes, Genes. 10. & separauit filios hominum, Deut. 32. distribuitque; voluit terram subactam a filiis Israel, Iosue cap. 9. 18. & 21. Atque 4. loco, & ius gentium docuit diuidere, l. hoc iure, de iust. & iur. cap. ius gentium, 1. distin. s. ius autem gentium, de iur. natur. apud Iustin. s. singulorum, de rerum diuis. Proinde singulo-

rum res fieri oportuit, hoc est, ex illa rerum communione, in mancipium & ius venire proprium cuiusque; istæque res sunt priuatae, quæ in alicuius iure & bonis sunt, s. 1. de rer. diuis. l. 1. eod. tit. in P. l. 1. s. huius studii, de iust. & iur. vel libertæ, vel seruientes, vel communes inter priuatos, vel consulae.

DE REBUS DIVINI IURIS,

LIBER II.

De sacrosanctis ecclesiis. Cap. 1.

V. Viciarij Nationales

- 1. Existant tituli, de Eccles. edificand. vel reparand. lib. 3. Decretal. tit. 40. Lib. 3. Sexti, tit. 21.
- 2. De consecrat. distinct. in Decreto.
- 3. De sacrosanct. Eccle. lib. 1. C. 1. 5.
- 4. **Ecclesia generaliter quid sit.** Ecclesia apud Christianos que & quid sit, ibidem.
- 5. **Catholica cur dicta, ibidem.**
- 6. **Ecclesia pro particulari quadam congregatione. Item & pro personis coordinatis ad ministeria Ecclesiastica, ibid.**
- 7. **Ecclesia continens pro contento. Templum a tuendo.**
- 8. **Templa Græcis uocantur. Item in uarijs rebus: & in uarijs rebus, ibid.**
- 9. **Item & Basilica. & quare, de lubra, facella, & c. ibid.**
- 10. **Sacra olim in lucis culta.**
- 11. **Ara quare sic dicta. Altare quare sic dictum. Sacrificijs tria loca Ethnicis olim familiaria.**
- 12. **in Montibus antiqui adorabant & orabant.**
- 13. **Tabernaculum primum Moyses Deo construxit, deinde Salomon.**
- 14. **Sanctuarij Dei olim decem miracula facta. Prodigia que olim Iudeis, & templo eorum contigerunt, tempore Iuliani Apostatae, ibid. Mulieres quare hodie a partu non arcentur ab ecclesia, ut olim certis diebus a templo illo Iudaico. ibid.**
- 15. **Pontificum, seu Episcoporum cura & auctoritas requiritur in Ecclesiarum constructione. Ecclesijs construendis obseruanda.**
- 16. **Sacra loca antiqui ubi erant sita.**
- 17. **Ecclesijs reparandis, vel resarciendis obseruanda distinctiones.**
- 18. **Templorum antique immunitates.**
- 19. **Missa nullibi celebranda, quam in altari seu loco consecrato.**
- 20. **Altare duplicis speciei.**
- 21. **Ecclesie dedicatio per episcopum.**
- 22. **Dedicatio quid sit. Hebræis דבריהו Graecis ἱερόν.**
- 23. **Constantinus Magnus Ecclesiam portatilem, ubiqueque locorum esset, circumferebat. Ecclesia portatilis quid.**

ECCLESIA nomen ꝑ generale est pertinens ad omnem congregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: inter dum pro loco, ubi concilio & uocatio cœtus sit. Proinde monemus hic agendum, non de omni ecclesia, sed tantum de sacrosancta. Accipitur autem apud Christianos ecclesia, primum generaliter pro fidelium seu credentium omnium cœtu ubique; existentium, can. ecclesia, de consec. dist. 1. can. legimus, 93. distin. circa me. can. malte, 1. quæst. 1. can. loquitur, 24. q. 1. Cyrillus Hierosolymitan. episc. catech. 18. illuminatorum. Et tunc dicitur, ἐκκλησία καθολική, Ecclesia vniuersalis, quæ vna est, & apostolica, ut habetur in symbolo fidei Nicænæ Synodi, & in Symbolo Apostolorum, πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἄριστον ἐκκλησίαν καθολικὴν. Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Dominus noster Iesus Christus caput huius ecclesie, ad Ephes. c. 5. cap. vn. de sac. vnct. c. Engel. drudam, 3. q. 4. Vicarius eius in terris, vnus summus Pontifex, qui Romæ sedet, ubi D. Petrus sedem elegit. Opta. Milenit. a. in 2. Igna. epist. ad Rom. Irenæus lib. 3. aduers. hæres. Terent. de præscr. hæres. Oro. sinus, lib. 12. c. 4. & pro fide Christi occisus est, Egesippus, lib. 3. c. 2. Euseb. lib. 3. histo. eccles. cap. 1. ad quem Dominus dixerat, Tu es Petrus seu Caphas, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, Matth. 16. can. in nouo. & can. quamuis, 21. dist. cano. 1. & can. sacrosancta. 22. dist. cano. fidelior. 50. dist. can. loquitur, 24. q. 1. l. nos redentes, de sum. trin. C. 9. 1. de eccles. iur. de colla. 9. de primatu eccle. Rom. fuse Ioan. Coeleus, lib. 2. de Petro & Rom. Illa vna & omnium populorum, secundum quod prædictum erat, dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam termino: terra. Psal. 2. Et rursum, de reg. filij Dei, & dominabitur de mari usque ad mare, & a summe usque, ad extremos terre, Psal. 49. Ecclesia, inquit Arhanal. de diuers. quæstio. quæst. 71. quidem dicitur, quod in ea vocantur omnes: Catholica vero propterea, quod per totum mundum diffusa sit. Ecclesia Romana caput altiarum ecclesiarum, c. 1. 12. dist. can. dudum, 3. q. 6. quæ

in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis vocatæ sunt, ca. multum, 3. q. 6. ca. qui se, 2. q. 6. c. ad honorem, de aucto. & v. sup. pallii. vnus enim ecclesie, vnus debet esse tantum episcopus, ca. in apibus, 7. q. 1. D. Hieron. ad Ruff. Cypr. epist. 2. lib. 3. D. Aug. epist. 162. & 171. com. Donatist. Et ideo qui ab ipsius vnitate decidunt, amplius in fide non viuunt, & sicut excisi a radice, sine vita sunt, ca. alienus, can. quicumque, & can. quia ex sole, 2. q. 1. ca. ipsa pietas, 23. q. 4. ¶ Sumitur ꝑ & ecclesia pro particulari quadam congregatione, vt, ecclesia quæ est Corinthi, 1. ad Corin. c. 1. & in ecclesijs benedictie Deo domino, Psal. 67. & eccle. c. 24. Et rursum ecclesia pro personis coordinatis ad ministeria ecclesiastica, vt dicitur, non ingreditur maner, hoc est, de scorto natus, in ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, Deut. 23. id est, ne in promouebitur ad ministerij ordinem, c. 1. & ibi glo. de fil. presby. Et rursum, non ingreditur Amontes & Moabites in ecclesiam Dei, vique in æternum, Nehem. 13. Et apud D. Mattheum, si non audierit, dic ecclesia, cap. 18. Ita ecclesia, & pro prælato ecclesie, can. scire debes, 7. q. 1. & pro maiori parte capituli, can. Apostolica, 63. dist. ¶ Secundo ꝑ accipitur ecclesia, pro loco ubi congregatio fit: cõtens pro contento, vt apud D. Paulum, 1. ad Corin. 11. Nunguid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent: eme pro edificio seu templo, can. de Fabrica ecclesie, can. in ecclesijs, de consec. dist. 1. item & pro rebus ipsius loci, cap. querelam, vbi glo. ne prala. vic. suas. ¶ Templum ꝑ dicitur ecclesiam que q; & a tuendo primum templum dictum, quocirca cœlum qua tuimur dictum templum natura: ab auspicijs in terra: similitudine, sub terra, auctore Varro- ne, lib. 6. de ling. Lat. Vocantur & Græcis templa uocantur, vt c. 6. stat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, vt prædia & res Christianorum ecclesijs restituerentur, Niceph. Cali. lib. 7. histor. c. 38. quasi dicas domos domini, id est, Dei. Sic enim & alicubi scriptum legitur, D. Math. c. 21. D. Ioan. c. 2. dicentem Deum, Domus mea, domus orationis vocabitur. Et quia ea diuersa etiam de eorum putabant antiqui: templa dixerunt ἱερόν, & pluribus alijs nominibus, ἱερόν τεῦρον. Hinc & nos templum Dei, 1. ad Corin. 3. Vnde & Basilica quoque, id est, principis domus, can. omnes basilicæ, 1. 6. q. 7. can. omnes basilicæ, de consecra. dist. 1. regia domus vocabantur, & magnifica ædificia. Iussit & Plato templa domibus regalibus coniungi, Plato, lib. 6. de legib. Sicut & Octavianus Cæsar anno ab vrbe condita 726. in palatio templum Apollinis dedicauit, ac bibliothecas perfecit, Dion. Cass. lib. 53. Diæa & templa de lubra, facella, bidentalita, De quibus Lilius Grego. Gyraldus, de Idolis gentium, syntag. 1. 7. item & tabernacula, can. in veteri, 77. dist. Quando autem cultus diuinus fuit publicus, fuerunt & vna loca quedam destinata cultui, & sacrificia & ministri horum. ¶ Aliquando ꝑ & in lucis sacra exculca: sicut & meminit Vnguius 7. Aneid.

Templum Augustum ingens, centum sublime columnis, Horrendum sylvis ac religione parentum. Hinc sceptræ accipere, & primos attollere fasces Regibus omen erat: hoc illis curia templum. Et iterum lares aiunt apud eundem Vrg. 7. An. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. Ne: a tibi quam in memoribus colebant numen antiqui Germani, Cornel. Tacit. de morib. Germano. Et fere eius motis erant omnes idololatæ, vt prope infinita loca sint sacra scripturæ, in quibus Deus populo suo lucos plantare prohibet, & plantatos demoliti iubet, Exodi, 34. Deuter. 7. 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Esaiæ 17. Micheas 5. Fuerunt sola altaria ante templa, quia & ante & ex omni tempore ab initio seculi fuerunt sacrificia Deo oblata, vt constat ex sacrificijs Abelis & Caini, Genes. 4. & Noachi, qui & altare domino fecit, liberatus a dilu- uio. ¶ Erant ꝑ in biteræ, & altaria loca quædam elatiora, ubi sacrificabatur, vnde ara quod area pura sit, Genes. 8. Berof. in 3. vel ubi victima ardebat, vel ab imprecationibus, quas Græci